6
31-b
2

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
19 G
21

Ex Bibliotheca
maj. Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-31-b-2

20-f-24

Digitized by Google

K 8/6

by Google


Digitized by Google

ARIADNA AVGVSTA
TRAGOEDIA
AVCTORI

P. IO: BAPTISTA GIATTINO
SOCIETATIS IESV.

Habita in Seminario Romano
An. M. DC. LXII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Romæ, Typis Ignatij de'Lazaris: 1662.
Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

EMINENT. AC REVER. PRINCIPI

ANTONIO BARBERINO

S. R. E. Card. Ampliſſimo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

O*Pellæ tenuitas me plane deterruerat (Eminentiſſime Princeps) ne eam nomini dedicarem, cui Roma, Italia, vniuerſus pæne Terrarum orbis anguſtiore videntur; ſed fecit animos hæc eadem ampliſſimi Tui nominis magnitudo, in qua ſemper admi*

ti ſumus hanc peculiaris gloriæ notam, quod non ſolum maxima pro dignitate ſuſtollat, ſed ad minima etiam benigniſſime ſe demittat, & per hanc ipſam humaniſſimam demiſſionem, ſuam illis communicet amplitudinem; Quod ſi hæc Tuæ communicatio celſitudinis communis omnibus eſt, quantam mihi ſperare liceat, quem Tua feſtiuiſſima beneficentia tam humaniter complexus es, vt imbecillis obſequij mei erga te famulatum, Tuæ profuſione benignitatis in amicitiæ pæne dignitatem euexeris? quare dum hunc Tibi libellum ſupplex porrigo, duo velim animaduertas in ipſius exilitate, quòd nempe ſit munuſculum ingenij, & addictiſſimæ Tibi voluntatis obſequium. Vale.

Eminentiæ Tuæ.

Obſequentiſſimus Seruus
Io. Baptiſta Giattinus.

ARIADNA AVGVSTA
TRAGAEDIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGVMENTVM.

NITITVR hæc Tragædia ijs quæ perſtricte referunt hiſtorici præſertim Iornandes lib. de Regnorum, ac temporum ſucceſſione, & Petrus Garzia in vita Zenonis Imperatoris. eius argumentum ita ſe habet Hyllus Zenoni Imperatori cariſſimus, eiuſque palatij generalis Præfectus inuidentia ſtimulatus contra Leontium Ariadnæ Imperatrici addictiſsimum fraudem cum Dolone ſupremo Cancellario, ac ſibi familiariſſimo in Ariadnæ perniciem molitur Olethriæ ope, quæ Imperatrici a ſecretis erat, ſed clam Dolonis amantiſsima: hæc litteras ignotis notulis, quæ vulgo cifræ dicuntur ad Leontium mittit, quaſi eſſent ab Auguſta ſcriptæ, & eiuſdem obſignat annulo, quibus Leontius compelli-

tur

Digitized by Google

tur ad Zenonis cædem perpetrandam oblato illi Cæſaris ſceptro,ac toro, idque eo facilius peragi potuit quod Augusta reuera Leontio dederat ciffarum exemplar, earumque ſignificationem. Zeno ex hiſce litteris ad ſe delatis Vxorem nefandi ream ſceleris ratus Adraſto mandat, vt illam noctu adortus in toro iacentem confodiat. Ariadna ea recognita Olethriam ſibi iam ſuſpectam ad ſuum torum inuitat; Ipſa vero ad Achatium Patriarcham confugit. Adraſtus Olethria confoſſa, quam per tenebras Ariadnam credidit, rem peractam Zenoni renunciat;hic ſimulans Auguſtam repentino morbo ſublatam lugubrem ornatum induit, ſed ab Achatio reprehenditur, & fraus detegitur.

Digitized by Google

Fabius Albergatus Prouinciæ Romanæ Societatis I E S V Præpoſitus Prouincialis.

CVm Tragœdiam inſcriptam Ariadna Augusta *P. Ioan. Baptiſtæ Giattini Societatis noſtræ Sacerdotis aliquot eiuſdem Societatis noſtræ Theologi recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint (poteſtate nobis facta ab admodum Reuerendiſs. P. Io: Paulo Oliua præfatæ Societatis Vicario Generali) facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi ijs ad quos pertinet ita videbitur, cuius rei gratia has litteras manu noſtra firmatas, noſtrique officij ſigillo munitas damus Romæ 30. Ian. 1662.*

Fabius Albergatus.

Imprimatur.
Si videbitur Reuerendiſs. P. Magiſtro S.P.A.P.
O. Caraf. Epiſc. Patrac. Viceſg.

Imprimatur.
Fr. Seraphinus Bertolinus Socius Reuerendiſs. P. Mag. S.A.P. Ord. Præd.

ACTORES.

Zeno Imperator	Ioſeph Patritius Guarinus
Ariadna Zenonis coniux	*Petrns* Gianus
Illus	Ioſeph *Ignatius* Egidius
Dolon	Ioſeph Dominicus Bell'homus
Leontius	*Io:*Franciſcus Blandoliſius
Dioſcorus	Franciſcus Antonius Zellus
Acatius	Io: Ioſeph Angeluccius
Adraſtus	Io: Carolns Riſchius
Phædrus	Franciſcus Gianus
Centurio	Marius Onofrius Schor
Legatus Aegypti	Dominicus Antonius PierAntonius
Nuatius	*Io: Baptiſta Zanchius*

ACTVS PRIMVS.

SCENA PRIMA.

Hyllus, Dolon.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Dol. ZEnonis in nos gratia allapſu licet
Fluat benigno, noſq;regnantis prope
Ad Culmen vltro prouehat, inanes tamen
Vmbras adhuc tenemus, & blandos dolos
Sortis malignæ, dum feros in nos vibrat
Auguſta viſus, tabe dum noſtra tumens
,, Halat venenum. Fæmina & coniux furens
,, Malum eſt medelæ neſcium; exitio opprimit
Hyl. Me prouehat Zenonis ardeſceus amor,
Meam ad ruinam prouehit, rabidæ ſtrigis
Dum peruicax ſuſurrus auguſtum quatit,
Odiumque noſtri pæne guttatim viro
,, Inſtillat Vxor: gutta ſi lapidem cauat,
,, Plus mulier acri ſibilo arrodit virum.
Dol. Haud vana trepidas; ſemper odiorũ tenax
Auguſta noſtram concoquit cladem ſinu.
Quin & muliebri ſubdit ardori faces
Semper nouas Leontius acerbus tui,
Sed tectus hoſtis, cui pares ſceptro facit
Animos amantisperd itè *Auguſtæ* fauor.
Hyl. Hic eſt malorum gurges. hæc primum lues
,, Eſt diſſipanda. deſinit plantæ vigor
,, Humore dempto. Fæmina, vt vitis, niſi
,, Innixa fulcro, vim ſuam nunquam exerit.

Digitized by Google

Dol. Leontius leuabit oppreſſus metum :
Sed non leuabit penitus; *Auguſtæ* furor
Fouebit odia , dum fouet vitam calor,
Eritque noſtrum ſola ad exitium ſatis.
Audere ſi quid præſtat , hinc auſum prius
Eſt auſpicandum; non niſi *Auguſta* ſimul
Cadente , ſoſpes noſtra perſtabit ſalus.
„ Nocet medela , ni petat morbi caput.
Hyl. Molimen ingens meditor; *Auguſtæ* necem
Per omne facinus molior , tandem dolo
Ariadna noſtro coniugis ferro cadet.
„ Sed Fœminæ actus fœminæ caſſes ſtruat ;
Olethria ſummam facile votorum dabit.
Dol. Illi pateſcit quidquid arcanum fouet
Auguſta, quidquid paginæ & cæcis notis
Concredit ; illi plena in Auguſtæ annulum
Datur poteſtas ; tota in Olethriam fluit
Ariadna, cordis abditos pandit ſinus.
„ Fraus hinc petenda ; Certior frandi eſt via,
„ Quæ non cauetur , & tamen cunctos ſubit
„ Dominæ receſſus . Figere hîc fraudem iuuat.
Hyl. Figam , nec vllus effluet ſegnis dies.
Olethriam tu conſule , & quidquid vides
Fauere votis , vrge & in maius trahe.
Dol. In noſtra vota pectus Olethriæ flagrat ,
Sed arte ventilabo pellaci faces.

SCENA SECVNDA.

Zeno , Leontius.

Zen. S Emota late regna dum princeps regit,
„ Regnare ſolus, regere non ſolus poteſt:

Su-

„ Subiecta quale in membra dominatur caput,
„ Spargitque vitæ robora, & habenas trahit,
„ Talis per ampla regna dominantis vigor
„ Se fundit, & virtutis afflatu meat.
„ Miniſter, eſt regnantis & vis, & calor,
„ Quibus remotas animat imperij plagas.
„ Sed imperanti primus incumbat labor,
„ *Vt* arma (neruos quippe regnorum,) manu
„ Tractet fideli, prouida, forti, pia.
Hinc te Leonti, longa quem virtus probat,
Et fixa noſtro ſemper obſequio fides,
Dignè ſupremum ſeligo armorum ducem
Le. In me profuſum gratiæ auguſtæ decus
Adoro pronus; muneri tanto parem
Me nulla virtus reddit; hæc ſolum tuæ
Miniſtra mentis arma tractabit manus.
Ze. Ducis ſupremi teſſeram, virgam cape,
„ Et martis vna regimen; ad pacem magis
„ Quam bella cuſtos pacis armatus præi.
„ Sit meta bellis vnica & pax, & quies.
Le. Tua iuſta, tuus attactus huic virgæ impetum
Martisque robur, impriment; mentis tuæ
Transfuſa virtus bella vel pacem geret.
Ze. Tutamen, ac leuamen imperij tuam
„ Optant, Leonti, dexteram, at mentem magis,
„ Quam plena virtus fulta conſilio regat.
Le. Dextram, cruorem, quidquid hic ſpirat mei,
Deuoueo iuſſis, nutibus, votis tuis.
Auguſte, tua mens animat hos artus magis,
Quam meamet ipſa vita, non me præficis
Armis; ſed in me præficis temet ducem.
Ze. Sat nouimus Leontium: Auguſtam quoque

Venerare ſupplex; quippe te bellis ducem
Et ipſa mecum deſtinat, cuius manu
Tibi iam paratæ chlamydis ornatum cape.
Le. Vtriuſque claram ſyderis lucem colo
Maioris, & minoris; hinc felix dies,
Et inde nox ſerena voluuntur mihi.
(abit Leontius

SCENA TERTIA.
Zeno, Hyllus.

Hyl. AAguſte, lætam gratulor imperio diem;
Sed mihi ſupremam; quippe ad auguſtos lares
Præcludit omnes obijce obducto vias:
Ze. Tibine, profundos Zeno, cui laxat ſinus
Latentis animi, regia in Conclauia
Prohibetur aditus? ſceptra quis mecum geret?
Quis imperanti iura Zenoni dabit?
Hyl. Leontius, cui tota ſe fundit flagrans
Auguſtæ amantis gratia. hic tantus calor
Aeſtu maligno digerit tabem meam.
Ariadna mecum peruicax bellum gerit
Occulta Erymnys, & meam cladem ſtruit.
,, Eſt illa Domina, eſt mulier, eſt coniux tua,
,, Eſt imperatrix; vnicum nomen foret
,, Satis ſuperque, cuncta quid præſtent ſimul?
Sat vixit Hyllus regiæ; ſolum poteſt
In ea perire, ni procul quærat ſibi
Remota ab aula exilia, & ignotas plagas:
Sed ibo labis purus, & fidei tenax;
Quæ ſemper vna perget exilij comes

Ze. Te falſus vmbra territat vana color.
,, Noſtras per aulas inſeret nunquam caput
,, Muliebre regimen; imperat ſolum colis,
Et in Mineruæ penſa ius totum dabit.
Quid? quod nec ipſa parcior laudes tuas
Auguſta iactat, nec tuo præ ſe gerit
,, Aduerſa lucro ſtudia? diſſimulet licet
,, Seſequè celet, aliquis erumpet tamen
,, Teter maligni cordis è fibris odor.
Hyl. ,, Læſura morſu rabida non latrat canis,
,, Deſignat ictum tacita; iam ſenſus tuos
In mè furens *Auguſta* propenſos videt,
Et hinc venenum condit, ac nutrit ſinu
Aptumque tempus captat, vt tandem vomat.
,, *V*xoris arcta cingit obſidio virum,
,, Nec vim remittit, donec obſeſſum domet,
,, Palmamque voti compos, & victrix ferat.
Ze. Erras: muliebres noſco mellitos dolos.
*Hyl. V*xoris, Argos fallit oculatos, amor.
Ze. Suſpicio iam præmonita fallentem cauet
Hyl. Leontius me, nixus Auguſta premet.
Ze. Leontium tu nixus Auguſto opprime.
Hyl. Occulta tendet retia Ariadnæ manu
Ze. Occulta franges retia hac fretus manu.
Hyl. Eſt morte peius viuere tot inter metus.
Ze. At ſæpe mens ſollicita ſibi fingit metus.
Hyl. Deſpondet animus *Ze.* ratio cõfirmet virũ.
Hyl. Da poſſe ab aula cedere. *Ze.* hoc cæſar nego
Hyl. Concede fidei hoc Cæſar. *Ze.* hoc tu Cæſaris
Concede amori. *Hyl.* prodigus vitæ tuis
Succumbo iuſtis. *Ze.* prodigum Zeno ſui
Se ſpõdet Hyllo. *Hyl.* mõſtra me Ditis petãt,

In me triſulcas aſtra deuoluant faces,
Hærebo ſemper Cæſari, atque Hylli cinis
Fixam fouebit vſque Zenoni fidem.
Ze. Longæuo in Hyllo ſpero vitalem fidem.

SCENA QVARTA.

Hyllus, Dolon.

Hyl. ARdentior me Zeno Complexus ſuæ
Perēne columen gratiæ ſpondet mihi:
Sed quod meas iam ſternit ad fraudes viam
Suſpicio pectus Cæſaris ſenſim ſubit,
Vmbriſq; tenet, quod per Auguſtæ dolos
Leontio fauentis exitium mihi
Credat parari; fixus hic hæret pauor
Zenonis animo ſibilo iniectus meo.
Dol. Scite ſerendis fraudibus ſulcos agis;
Nec ipſe lentus oſcitor; cuius malo
Apte gerendo machinam hic clauſam gero.
Arcana ſigna hæc pagina, & puncta, & notas
Cunctos latentes exhibet; ſolum patent
Leontio, atque Auguſtæ, vt his tuto inuicem
Signent papyrum; ſenſa & occulte exprimant.
Olethria hoc exemplar, & clauem ſimul
Quæ pandat hæc ænigmata hic furtim dedit.
Hyl. Claues doloſas intima ad ſenſa obtines.
Vtriuſque mentem certus inopino potes
Aſtu ſubire, cæca laxatur via
Noſtros ad vſus; ſtruere quid magnum decet.
Dol. Iam ſtruximus. Leontio his ſcriptam notis
Olethria ſpondet paginam, Auguſtæ quaſi
Dextra exaratam grande ſuadentem ſcelus

Quam

Quam mox patrandum, nempe Zenonis necem
Hyl. Spondet mea ſupra vota. *Do.* mentitis notis
Spirans venenum pagina *Auguſtæ* tua
Delata fraude, tabida afflabit lue
Legentis ora, Tartara in pectus vomet!
Hyl. Ergo hanc papyrum, quæ ſub arcanis notis
Senſus latentis indices cæcos fouet
*V*erſatque fraudis machinam, Cæſar gerat;
Dol. Tu porrige, & ſpem ſuſcita horrendum fore
*V*t mox ſcelus deprendat vxoris manu
Clauſum ſub his ænigmatis; hæc ſpes doli
Cito aucupandi Tantali accendet ſitim.

S C E N A Q V I N T A.

Leontius, Dioſcorus.

Leo. GRates Olympo, cuius afflatu fruor
Mihi tam ſecundo, quanta ab *Auguſtis*
In me redundat gratia! eneruі iacet (modo
Inuidia niſu; meque ſublimi vehens
Fortuna gyro mobilem ſiſtit rotam.
Dio. „ *A*dhuc Leonti, ſindis incertum ſalum;
„ Ne fide pelago; ſæpe ſub riſu tegit
„ *A*cres procellas; non adhuc portum tenes.
„ Et dum iacente torpidam vultu refert
„ Inuidia maciem, virus internum ciet
„ *A*cuitque dentes, rabida vt in vulnus ruat:
Le. „ Feror per vndas, fateor; at quiſnam furor
*A*ſtri inuidentis adeo inhærentes mihi
„ *A* me reuellat princeps? nunquam diu
„ Inuidia ſe diſſimulat; eructat grauem
„ Semper mephitim; tabe ſe prodit ſua.

Di. „ Felix ſuomet ebrius, & audax bono
„ Se fræna fortis flectere ex voto putat.
Sed quid? tua ne totus è mente excidit
Hyllus? nec Hylli ſubdolas artes tremis?
Nec efferatum pectus obtectum dolo!
Te ſoſpitali ſydera allapſu beent,
Hic te cometes terreat repens ſolo.
„ *V*os ampla quamuis aula non capiet duos,
Qualesque mutant Caſtor, & Pollux vices,
*T*ales per aulam veſter alternat fauor:
*A*ttollet alter? alter abijciet caput.
Dum perflat aura regiæ, & noſtris fauet
*A*riadna cæptis, ocyus peſtem opprime;
Hyllumque ab aure Cæſaris, qua vi potes,
Et arte polles, abſtrahe, & longe amoue.
Le. Hylli fragores rideo; imperij rego
Solus ego habenas, arma dum ſolus rego.
Di. Moues miniſter arma; ſed Zeno regit.
Le. Me ſoſpitans *A*uguſta Zenonem regit.
Di. Regit, ſed Hyllus fortius, *Le.* at vxor præit.
Di. Fraudis magiſtrum, ſceleris artificem time.
Le. „ In ſe ruinam ſæpe nimis audax trahit.
Di. „ *A*udacibus fortuna nec raro fauet.
Le „ *A*udacibus ſed impijs raro fauet.
Di. „ Sibi quiſque proditoris inſidias cauet.
Le „ Præſtat cauere, texere at fraudes pudet
Di „ Dū fraus cauetur fraude, cur fraudis pudet?
Le. Eſt turpe fraudem reddere; eſt miſerum pati.
Di. „ Fraus ad medelā fraudis, eſt plane innocēs
Le. „ Medela turpis ægrius morbo grauat.
Diſces mederi, quando nil proſit malo.
Depræhenſus Hylli caſſibus ſero gemes

Non

non fraude præcauiſſe fallentis dolos.

Le. „ Laudis ſequacem quælibet inundent mala,
„ Nunquam decori tædet, aut recti piget.

SCENA SEXTA.

Achatius, Leontius.

Ach. COelo annuente lætus optatis fruor,
Dum, ductor, aquilas martis Eoi regis;
Virtute dignos gratulor honoris gradus.

Le. Verende præſul, oſculor pronus manum
pluſquam paternam ſemper vrgentem mea
Vbique decora; ſemper hæc etiam tuis
Addicta iuſſis arma diſponet manus.

Ach. „ Cultus Tonantis, ſancta maiorum fides
„ Dominentur armis; faſtus ingluuies opum,
„ Furor, libido, laudis enormis ſitis
„ A te, tuiſque ferueant Caſtris procul.
„ Non te flagellent vitia, ſed virtus agat.
„ Tua caſtra vallet æquitas, pietas, pudor,
„ Amica recti ratio, ſic Cœli fauor
„ Tuis ſub armis militans palmas dabit.

Le. In te loquentis ætheris linguam colo,
Veneror que voces; excolent cordis ſinum
Delapſa Cœlo hæc monita palmarum mihi
Futura poſt hac ſemina, & felix ſeges.
Tuum eſt potenti dexterum Numen prece
Ad ſigna noſtra flectere; ò quantum Pater
„ Præſtant precantum vota telorum ictibus!

Ach. Votis Olympus annuat; vota, & preces
Cætus fidelis arma fortunent tua.

Actus

ACTVS SECVNDVS.

SCENA PRIMA.

Leontius, Dioſcorus.

Dioſ. ,, AVdi monentē tempori. Fruſtra dolet
,, Qui ſero cauit: pœnitet ſtultum ſui
,, Extra medelam, quandò præcipitant mala.
Hyllum paueſce; dum potes, cladem para,
Et ne, Leonti, corruas, Hyllus cadat.
Le. Tutatur Hyllum Zeno, & arcanos libens
,, Hylli ſuſuros captat; eſt blandum malum
,, Amica ſyren Cæſaris ad aurem canens.
,, Nec facile vellas, corda quod blandè ſubit.
Di. ,, Præcelſa virtus arduis ſeſe probat.
Non ſolus Hyllnm diſtrahes; ingens trahis
Ad auſa pondus; viribus iunctis adeſt
Auguſta tecum: ſemper infenſo, ac truci
Spectauit Hyllum lumine; accedet noui
Nunc fomes odii, nam Dolone interprete
Olethriæ per ora, vel ſcriptas notas
Mens tota in Hyllum neſciæ Auguſtæ fluit:
Ignara fraudis, perfida Olethriæ fide
Ariadna fœde proditur, & Hyllo patet.
Hæc ſi tuis expreſſa flexanimis modis
Auguſta norit, congeret in Hylli caput
Irata quidquid Cæſaris coniux valet.
Le. Olethria tantum labitur? amantem ſui
Dominam nefando turpe denudat probro?
Di. Dolonis igne torrida infringit fidem.
Le. Famulæ pudendum detegam Auguſtæ nefas
Hyllique fraudes afferam, vt vitet vafri

Si-

Sinonis artes, ne quid incautis ſtruant.
D. Mox quando fandi mollius tempus fauet,
Zenonis vxor, queſtibus, diris probris
Iactis in Hyllum, cæſaris amorem prece
Fletu, eiulatu, mollibus, duris modis
Compellet, hanc vt regia vulpem extrahat
Le. Monebo, ne ſe Olethriæ credat nimis
*A*ugusta, & Hyllum regia quouis queat
Fuco decori pellat, & regnet procul.

SCENA SECVNDA.

Zeno, Hyllus.

Zen. NOn dum reſedit animus? inſidias adhuc
„ Suſpicio triſti ſparſa diffundit metu?
Hyl. Lux alma certo monſtrat inſidias metu,
Hylli cruorem Cæſar ardenter ſitis,
Niſi explicatis ſubtrahas Hyllum plagis.
Sinas ab aula, Zeno, & *A*ugusta procul
Me fugere ad orbis prorſus ignoti ſolum.
Ze. Fuge; fugientis ibit & Zeno, comes.
Hyl. Vnius Hylli ſedat *A*riadnam fuga.
Ze Vnius Hylli Zeno non patitur fugam.
Hyl. Patietur ergo funus. *Ze.* & cuius manu?
Hyl. Leontij. *Ze* me Cæſare an tantum audeat?
Hyl. *A*ddit animos Auguſta. *Ze.* Cæſar detrahit
Hyl. Dolū ſub vmbris conſtruent: *Ze.* Cæſar vigil
„ *S*crutatur vmbras. *Hyl.* ſæpe vigilantē latro
„ Fallit per vmbras. *Ze* Cæſaris vultus diem
„ Vbique præfert. *Hyl.* Inſolens, audax nouus
Eſt ordo fraudis. *Ze* Inſolens audax nouã
Zenonis aderit cura, *Hyl* Zenonis colo

Ora-

ACTVS SECVNDVS.

SCENA PRIMA.

Leontius, Dioſcorus.

Dioſ. „ AVdi monentē tempori. Fruſtra dolet
„ Qui ſero cauit: pœnitet ſtultum ſui
„ Extra medelam, quandò præcipitant mala.
Hyllum paueſce; dum potes, cladem para,
Et ne, Leonti, corruas, Hyllus cadat.

Le. Tutatur Hyllum Zeno, & arcanos libens
„ Hylli ſuſuros captat; eſt blandum malum
„ *A*mica ſyren Cæſaris ad aurem canens.
„ Nec facile vellas, corda quod blandè ſubit.

Di. „ *P*ræcelſa virtus arduis ſeſe probat.
Non ſolus Hyllum diſtrahes; ingens trahis
*A*d auſa pondus; viribus iunctis adeſt
*A*uguſta tecum. ſemper inſenſo, ac truci
Spectauit Hyllum lumine; accedet noui
Nunc fomes odii, nam *D*olone interprete
Olethriæ per ora, vel ſcriptas notas
Mens tota in Hyllum neſciæ *A*uguſtæ fluit:
Ignara fraudis, perfida Olethriæ fide
*A*riadna fœde proditur, & Hyllo patet.
Hæc ſi tuis expreſſa flexanimis modis
*A*uguſta norit, congeret in Hylli caput
Irata quidquid Cæſaris coniux valet.

Le. Olethria tantum labitur? amantem ſui
Dominam nefando turpe denudat probro?

Di. Dolonis igne torrida infringit fidem.

Le. Famulæ pudendum detegam *A*uguſtæ nefas
Hyllique fraudes afferam, vt vitet vaſri

Si-

Sinonis artes, ne quid incautis ſtruant.
D. Mox quando fandi mollius tempus fauet,
Zenonis vxor, queſtibus, diris probris
Iactis in Hyllum, cæſaris amorem preco
Fletu, eiulatu, mollibus, duris modis
Compellet, hanc vt regia vulpem extrahat
Le. Monebo, ne ſe Olethriæ credat nimis
*A*uguſta, & Hyllum regia quouis queat
Fuco decori pellat, & regnet procul.

SCENA SECVNDA.

Zeno, Hyllus.

Zen. NOn dum reſedit animus? inſidias adhuc
„ Suſpicio triſti ſparſa diffundit metu?
Hyl. Lux alma certo monſtrat inſidias metu,
Hylli cruorem Cæſar ardenter ſitis,
Niſi explicatis ſubtrahas Hyllum plagis.
Sinas ab aula, Zeno, & *A*uguſta procul
Me fugere ad orbis prorſus ignoti ſolum.
Ze. Fuge; fugientis ibit & Zeno, comes.
Hyl. Vnius Hylli ſedat *A*riadnam fuga.
Ze Vnius Hylli Zeno non patitur fugam.
Hyl. Patietur ergo funus. *Ze.* & cuius manu?
Hyl. Leontij. *Ze* me Cæſare an tantum audeat?
Hyl. *A*ddit animos Auguſta. *Ze* Cæſar detrahit
Hyl. Dolũ ſub vmbris conſtruent: *Ze.* Cæſar vigil
„ *S*crutatur vmbras. *Hyl.* ſæpe vigilantẽ latrọ
„ Fallit per vmbras. *Ze* Cæſaris vultus diem
„ Vbique præfert. *Hyl.* Inſolens, audax nouus
Eſt ordo fraudis. *Ze* Inſolens audax noua
Zenonis aderit cura, *Hyl* Zenonis colo

Ora-

Oracla vocis; nam quid ignauus meas
Horreſco clades? aſtra deuoluant viues,
Quas fata poſcunt, voueo Zenoni caput:
Sed quo medullas abditas fraudum queas
Luſtrare Cæſar, paginam ignotis cape
Signis notatam; ſigna quid valeant, docet
Adiectus index; his latebroſas notis
Auguſta ſæpe literas ſcribit ſuo
Leontio, & reſponſa furtiue capit.
Ze. Vnde hæc potiris? *Hyl.* nuper occultè dedit
Olethria, cui ſat viſcera *Auguſtæ* patent:
Exemplar ipſa exſcripſit, atque eadem breui
In has daturam literas ſpondet manus
Quas deſtinat Leontio his pictas notis
Auguſta, cordis ſenſa quo ſolus legat
Zen. Hac arte clauſam coniugis mentem iuuat
Adire furtim. *Hyl.* Cæſar haud vanis agi
Me ſomijs iam ſenties: noſces meum
Noſces per hæc ænigmata heu guttur peti
Ze. Si nouero, probè vlciſcar, & ſi quod ſcelus
Cudetur in te, conſtrui in memet putem.

SCENA TERTIA.

Hyllus, Dolon.

Dol. AMica ſortis aura iam, pluſquam libet
Optaſſe, nos fortunat, & cæptis adeſt.
Hanc ſymbolis epiſtolam arcanis ſua
Manu exaratam tradit Olethria, & quaſi
Nomine *Ariadnæ* ſcripta, & *Auguſtæ* annulo
Signata ſe Leontio ſiſtet ſuo.
Quid ea latenter innuat, claris notis

Ex-

Exponit hæc papyrus *Hy.* ea paucis refer.

Dol. *A*riadna furijs percita, & amoris face
Leontio deſpondet & ſceptrum, & torum;
Si quo peremptus occidat Cæſar dolo.
Illi nefandum perfida iniungit ſcelus,
Totumque in ipſum congerit *A*uernum ferox.
Vtramque tutè paginam auguſto dabis,
Blandoque dexter condies fraudem ſono.

Hyl. Orci colubrum virus halantem ſtygis
Papyrus hæc vibrabit *A*uguſti in ſinum.
Hic proditur amor, vita, fortunæ, decus,
Et quidquid eſt Zenonis: heu qualis ruet
Iſthinc procella! trucius irato Ioue
Hęc fulminabit pagina. & ſtrages feret,

Dol. Sed aptius concinnet hanc fraudem prius
„ Digeſtus ordo ſceleris, & veri color
„ Offuſus arte: fallat vt plene dolus,
„ Pars vna reliquis conſonet; durum nihil
„ Nil non canorum concrepet,& aptum minus

Hyl. *V*ires,medullas viſcera,& quantum coquit
Hyllus veneni, congeram. Auguſta occidit.
Repugnet Aether, ſydera obſiſtant,Tonans
Nec ipſe ſiſtet impetum fraudis meę.

Dol. Et Hyllus alter Zeno ius mecum dabit.

SCENA QVARTA.

Phædrus, Adraſtus.

Ph. TOrpes *A*dhuc *A*draſte? quid tãdẽ paues?
Cur te ſequentem gratiã *A*uguſtę fugis?
Quid parcis Hyllum perdere? *A*uguſtus tuo
Ab ore ſenſus haurit, & mentem libens

Ad

Ad tua reflectit monita ; deluſo explica
Aulę Sinonem Cęſari, & monſtrum biceps.
Hoc ſperat à te regia ; hoc voto, hoc prece
Ariadna poſcit anxia; hunc ſi Protea
Pelles ab aula, prodigam *Adraſti* lucris
Auguſta ſpondet gratiam, vires, opes.
Adr. *Serui* re Dominæ nutibus noſtro foret
Fortuna voto maior; haud prono tamen
Curſu ruamus; Cęſari gratum ſonat
Quod inſuſurrat Hyllus, & peſtem bibit
Vitale murmur aure decepta ratus
„ Eſt lente agendum: Principi quidquid placet
„ Senſim reuellas: quodque regnantis ſemel
„ Inſedit animo, facile non cedit loco.
At non hebeſcet lingna, nec noſtri piger
Conatus oris Cęſaris ad aures ſtrepet.
Sed blandus idem melleos promet ſonos;
Hac verſipellis arte ſuccuſſus cadet.
Pha. Faſces remotos, regimen imperij, procul
A regia Hyllo deſtinet Cęſar; modo
Aula exigatur, ſceptra ſemotus gerat.
Fucos honoris, atque ſpecioſas procul
Prętende formas Cęſari; ò, quantum tua
Suadela mentem Cęſaris verſat potens!
Adr. Calcar furenti figis. auguſto è lare
Eiectus Hyllus redderet purum diem
Bizantio, aulę Cęſari, *Auguſtę*, mihi.
Ergo ſuprema in auſa iam pronus ferar.

SCENA QVINTA.

Phadrus, Centurio, Leontius, Dioſcorus.

Cent. EN hic *Leonti*, martis eoi decor
Tibi auſpicari fauſta ſupremi ducis
Præ-

Prægeſtit orſa,ludicram pugnam dabit
Armis amicis conſonam rhythmo cohors.
Proludet hic tua prȩlia, & palmis tuis
Protendet omen, rythmicus pugnȩ fragor.

Leo. Sequantur omen aſtra, plaudentis iuuat
Spectare pubis ludicra, & primos ſimul
Libare flores indolis; noſtro altius
Defixus animo veſter hic ardor manet:

Fit ludicrum.

(abit chorea

Le. GEneroſa pubes dexterā ad palmas para,
Para ad triūphi lauream inuictū caput.

Ph. Auguſta feruet, ȩſtuat, cunctas ruit
*A*udax in artes queis ab *A*uguſti auribus
Deturbet Hyllum; *Ph*ȩbus haud clarus ſibi
*A*ffulget, hoc ni regiam purget probro.

Di. Expers timoris nec mihi aſſurgit dies
Dum regnat Hylli gratia. *Ph.* *A*draſtum quoq;
*A*d hoc fatigat domina; ſollicitat prece
*A*chatium qui primus Eois ſacra
Dat iura populis; vrget, inſtigat, premit
*A*rtes vt Hylli frangat, atque aulam leuans
Hyllo repulſo reddat *A*uguſtum ſibi.
Et tu Leonti iunge conatus; cie
Plenos auorum ſpiritus, plenos tui.
Zenonis aures obſide, atque Hylli catus
Retunde murmur, hoc tua inculcat ſatus.

Le. Mihi atq; Dominæ haud deero, moliri iuuat
Extrema cuncta, forte ſi peſtem ſtygis
Queam ſub orcum trudere. *A*uguſtȩ interim
Hoc defer vnum, Phȩdre; ne fidat nimis
Olethriȩ, nec intimum pandat ſinum.

Ph.

In me triſulcas aſtra deuoluant faces,
Hærebo ſemper Cæſari, atque Hylli cinis
Fixam fouebit vſque Zenoni fidem.
Ze. Longæuo in Hyllo ſpero vitalem fidem.

SCENA QVARTA.
Hyllus, Dolon.

Hyl. ARdentior me Zeno Complexus ſuæ
Perēne columen gratiæ ſpondet mihi:
Sed quod meas iam ſternit ad fraudes viam
Suſpicio pectus Cæſaris ſenſim ſubit,
Vmbriſq; tenet, quod per Auguſtæ dolos
Leontio fauentis exitium mihi
Credat parari; fixus hic hæret pauor
Zenonis animo ſibilo iniectus meo.
Dol. Scite ſerendis fraudibus ſulcos agis;
Nec ipſe lentus oſcitor; cuiuis malo
Apte gerendo machinam hic clauſam gero.
Arcaua ſigna hæc pagina, & puncta, & notas
Cunctos latentes exhibet; ſolum patent
Leontio, atque Auguſtæ, vt his tuto inuicem
Signent papyrum; ſenſa & occulte exprimant.
Olethria hoc exemplar, & clauem ſimul
Quæ pandat hæc ænigmata hic furtim dedit.
Hyl. Claues doloſas intima ad ſenſa obtines.
Vtriuſque mentem certus inopino potes
Aſtu ſubire, cæca laxatur via
Noſtros ad vſus; ſtruere quid magnum decet.
Dol. Iam ſtruximus. Leontio his ſcriptam notis
Olethria ſpondet paginam, Auguſtæ quaſi
Dextra exaratam grande ſuadentem ſcelus
Quam

Quam mox patrandum, nempe Zenonis necem
Hyl. Spondet mea ſupra vota. *Do.* mentitis notis
Spirans venenum pagina *Auguſtæ* tua
Delata fraude, tabida afflabit lue
Legentis ora, Tartara in pectus vomet!
Hyl. Ergo hanc papyrum, quæ ſub arcanis notis
Senſus latentis indices cæcos fouet
Verſatque fraudis machinam, Cæſar gerat;
Dol. Tu porrige, & ſpem ſuſcita hortendum fore
Vt mox ſcelus deprendat vxoris manu
Clauſum ſub his ænigmatis; hæc ſpes doli
Cito aucupandi Tantali accendet ſitim.

SCENA QVINTA.

Leontius, Dioſcorus.

Leo. Grates Olympo, cuius afflatu fruor
Mihi tam ſecundo, quanta ab *Auguſtis*
In me redundat gratia! enerui iacet (modo
Inuidia niſu; meque ſublimi vehens
Fortuna gyro mobilem ſiſtit rotam.
Dio. „ *Adhuc* Leonti, findis incertum ſalum;
„ Ne fide pelago; ſæpe ſub riſu tegit
„ *Acres* procellas; non adhuc portum tenes.
„ Et dum iacente torpidam vultu refert
„ Inuidia maciem, virus internum ciet
„ *Acuitque* dentes, rabida vt in vulnus ruat:
Le. „ Feror per vndas, fateor; at quiſnam furor
Aſtri inuidentis adeo inhærentes mihi
„ *A* me reuellat princeps? nunquam diu
„ Inuidia ſe diſſimulat; eructat grauem
„ Semper mephitim; tabe ſe prodit ſua.

Di. „ Felix ſuomet ebrius, & audax bono
„ Se fræna fortis flectere ex voto putat.
Sed quid? tua ne torus è mente excidit
Hyllus? nec Hylli ſubdolas artes tremis?
Nec efferatum pectus obtectum dolo!
Te ſoſpitali ſydera allapſu beent,
Hic te cometes terreat repens ſolo.
„ *V*os ampla quamuis aula non capiet duos,
Qualcsque mutant *C*aſtor, & Pollux vices,
*T*ales per aulam veſter alternat fauor:
*A*ttollet alter? alter abijciet caput.
Dum perflat aura regiæ, & noſtris fauet
*A*riadna cæptis, ocyus peſtem opprime;
Hyllumque ab aure Cæſaris, qua vi potes,
Et arte polles, abſtrahe, & longe amoue.
Le. Hylli fragores rideo; imperij rego
Solus ego habenas, arma dum ſolus rego.
Di. Moues miniſter arma; ſed Zeno regit.
Le. Me ſoſpitans *A*uguſta Zenonem regit.
Di. Regit, ſed Hyllus fortius, *Le.* at vxor præit.
Di. Fraudis magiſtrum, ſceleris artificem time.
Le. „ In ſe ruinam ſæpe nimis audax trahit.
Di. „ *A*udacibus fortuna nec raro fauet.
Le „ *A*udacibus ſed impijs raro fauet.
Di. „ Sibi quiſque proditoris inſidias cauet.
Le „ Præſtat cauere, texere at fraudes pudet
Di „ Dū fraus cauetur fraude, cur fraudis pudet?
Le. Eſt turpe fraudem reddere; eſt miſerum pati.
Di. „ Fraus ad medelā fraudis, eſt plane innocēs
Le. „ Medela turpis ægrius morbo grauat.
Diſces mederi, quando nil proſit malo.
Depræhenſus Hylli caſſibus ſero gemes

Non

non fraude præcauiſſe fallentis dolos.

Le. „ Laudis ſequacem quælibet inundent mala,
„ Nunquam decori tædet, aut recti piget.

SCENA SEXTA.

Achatius, Leontius.

Ach. COelo annuente lætus optatis fruor,
Dum, ductor, aquilas martis Eoi regis;
Virtute dignos gratulor honoris gradus.
Le. Verende præſul, oſculor pronus manum
pluſquam paternam ſemper vrgentem mea
Vbique decora; ſemper hæc etiam tuis
Addicta iuſſis arma diſponet manus.
Ach. „ Cultus Tonantis, ſancta maiorum fides
„ Dominentur armis; faſtus ingluuies opum,
„ Furor, libido, laudis enormis ſitis
„ A te, tuiſque ferueant Caſtris procul.
„ Non te flagellent vitia, ſed virtus agat:
„ Tua caſtra vallet æquitas, pietas, pudor,
„ Amica recti ratio, ſic Cœli fauor
„ Tuis ſub armis militans palmas dabit.
Le. In te loquentis ætheris linguam colo,
Venerorque voces; excolent cordis ſinum
Delapſa Cœlo hæc monita palmarum mihi
Futura poſt hac ſemina, & felix ſeges.
Tuum eſt potenti dexterum Numen prece
Ad ſigna noſtra flectere; ò quantum Pater
„ Præſtant precantum vota telorum ictibus!
Ach. Votis Olympus annuat; vota, & preces
Cætus fidelis arma fortunent tua.

Actus

ACTVS SECVNDVS.

SCENA PRIMA.

Leontius, Dioſcorus.

Dioſ. „ AVdi monentē tempori. Fruſtra dolet
„ Qui ſero cauit: pœnitet ſtultum ſui
„ Extra medelam, quandō præcipitant mala.
Hyllum pauesce; dum potes, cladem para,
Et ne, Leonti, corruas, Hyllus cadat.
Le. Tutatur Hyllum Zeno, & arcanos libens
„ Hylli ſuſuros captat; eſt blandum malum
„ Amica ſyren Cæſaris ad aurem canens.
„ Nec facile vellas, corda quod blandè ſubit.
Di. „ Præcelſa virtus arduis ſeſe probat.
Non ſolus Hyllnm diſtrahes; ingens trahis
Ad auſa pondus; viribus iunctis adeſt
Auguſta tecum. ſemper infenſo, ac truci
Spectauit Hyllum lumine; accedet noui
Nunc fomes odii, nam Dolone interprete
Olethriæ per ora, vel ſcriptas notas
Mens tota in Hyllum neſciæ Auguſtæ fluit:
Ignara fraudis, perfida Olethriæ fide
Ariadna fœde proditur, & Hyllo patet.
Hæc ſi tuis expreſſa flexanimis modis
Auguſta norit, congeret in Hylli caput
Irata quidquid Cæſaris coniux valet.
Le. Olethria tantum labitur? amantem ſui
Dominam nefando turpe denudat probro?
Di. Dolonis igne torrida infringit fidem.
Le. Famulæ pudendum detegam Auguſtæ nefas
Hyllique fraudes afferam, vt vitet vafri

Si-

Sinonis artes, ne quid incautis ſtruant.
D. Mox quando fandi mollius tempus fauet,
Zenonis vxor, queſtibus, diris probris
Iactis in Hyllum, cæſaris amorem preco
Fletu, eiulatu, mollibus, duris modis
Compellet, hanc vt regia vulpem extrahat
Le. Monebo, ne ſe Olethriæ credat nimis
Auguſta, & Hyllum regia quouis queat
Fuco decori pellat, & regnet procul.

SCENA SECVNDA.
Zeno, Hyllus.

Zen. Non dum reſedit animus? inſidias adhuc
„ Suſpicio triſti ſparſa diffundit metu?
Hyl. Lux alma certo monſtrat inſidias metu,
Hylli cruorem Cæſar ardenter ſitis,
Niſi explicatis ſubtrahas Hyllum plagis.
Sinas ab aula, Zeno, & Auguſta procul
Me fugere ad orbis prorſus ignoti ſolum.
Ze. Fuge; fugientis ibit & Zeno, comes.
Hyl. Vnius Hylli ſedat Ariadnam fuga.
Ze Vnius Hylli Zeno non patitur fugam.
Hyl. Patietur ergo funus. *Ze.* & cuius manu?
Hyl. Leontij. *Ze* me Cæſare an tantum audeat?
Hyl. Addit animos Auguſta. *Ze.* Cæſar detrahit
Hyl. Dolū ſub vmbris conſtruent: *Ze.* Cæſar vigil
„ Scrutatur vmbras. *Hyl.* ſæpe vigilantē latro
„ Fallit per vmbras. *Ze* Cæſaris vultus diem
„ Vbique præfert. *Hyl.* Inſolens, audax nouus
Eſt ordo fraudis. *Ze* Inſolens audax noua
Zenonis aderit cura, *Kyl* Zenonis colo

Ora-

Oracla vocis; nam quid ignauus meas
Horreſco clades? aſtra deuoluant viues,
Quas fata poſcunt, voueo Zenoni caput.
Sed quo medullas abditas fraudum queas
Luſtrare Cæſar, paginam ignotis cape
Signis notatam; ſigna quid valeant, docet
Adiectus index; his latebroſas notis
Auguſta ſæpe literas ſcribit ſuo
Leontio, & reſponſa furtiue capit.
Ze. Vnde hâc potiris? *Hyl.* nuper occultè dedit
Olethria, cui ſat viſcera Auguſtæ patent:
Exemplar ipſa exſcripſit, atque eadem breui
In has daturam literas ſpondet manus
Quas deſtinat Leontio his pictas notis
Auguſta, cordis ſenſa quo ſolus legat
Zen. Hac arte clauſam coniugis mentem iuuat
Adire furtim. *Hyl.* Cæſar haud vanis agi
Me ſomnijs iam ſenties: noſces meum
Noſces per hæc ænigmata heu guttur peti
Ze. Si nouero, probè vlciſcar, & ſi quod ſcelus
Cudetur in te, conſtrui in memet putem.

SCENA TERTIA.

Hyllus, Dolon.

Dol. AMica ſortis aura iam, pluſquam libet
Optaſſe, nos fortunat, & cæptis adeſt.
Hanc ſymbolis epiſtolam arcanis ſua
Manu exaratam tradit Olethria, & quaſi
Nomine *Ariadnæ* ſcripta, & *Auguſtæ* annulo
Signata ſe Leontio ſiſtet ſuo.
Quid ea latenter innuat, claris notis
Ex-

Exponit hæc papyrus *Hy.* ea paucis refer.

Dol. *A*riadna furijs percita, & amoris face

Leontio deſpondet & ſceptrum, & torum;

Si quo peremptus occidat Cæſar dolo.

Illi nefandum perfida iniungit ſcelus,

Totumque in ipſum congerit *A*uernum ferox.

Vtramque tutè paginam auguſto dabis,

Blandoque dexter condies fraudem ſono.

Hyl. Orci colubrum virus halantem ſtygis

Papyrus hæc vibrabit *A*uguſti in ſinum.

Hic proditur amor, vita, fortunæ, decus,

Et quidquid eſt Zenonis: heu qualis ruet

Iſthinc procella! trucius irato Ioue

Hęc fulminabit pagina. & ſtrages feret,

Dol. Sed aptius concinnet hanc fraudem prius

„ Digeſtus ordo ſceleris, & veri color

„ Offuſus arte: fallat vt plene dolus,

„ Pars vna reliquis conſonet; durum nihil

„ Nil non canorum concrepet,& aptum minus

Hyl. *V*ires,medullas viſcera,& quantum coquit

Hyllus veneni, congeram. Auguſta occidit.

Repugnet Aether, ſydera obſiſtant,Tonans

Nec ipſe ſiſtet impetum fraudis meę

Dol. Et Hyllus alter Zeno ius mecum dabit.

SCENA QVARTA.

Phædrus, Adraſtus.

Ph. TOrpes Adhuc *A*draſte? quid tādē paues?

Cur te ſequentem gratiā *A*uguſtę fugis?

Quid parcis Hyllum perdere? *A*uguſtus tuo

Ab ore ſenſus haurit, & mentem libens

Ad

*A*d tua reflectit monita; deluſo explica
*A*ulę Sinonem Cęſari, & monſtrum biceps.
Hoc ſperat à te regia; hoc voto, hoc prece
*A*riadna poſcit anxia: hunc ſi Protea
*P*elles ab aula, prodigam *A*draſti lucris
*A*uguſta ſpondet gratiam, vires, opes.
Adr. *S*erui re Dominæ nutibus noſtro foret
Fortuna voto maior: haud prono tamen
Curſu ruamus; Cęſari gratum ſonat
Quod inſuſurrat Hyllus, & peſtem bibit
*V*itale murmur aure decepta ratus
„ Eſt lente agendum: Principi quidquid placet
„ Senſim reuellas: quodque regnantis ſemel
„ Inſedit animo, facile non cedit loco.
*A*t non hebeſcet lingna, nec noſtri piger
Couatus oris Cęſaris ad aures ſtrepet.
Sed blandus idem melleos promet ſonos;
Hac verſipellis arte ſuccuſſus cadet.
Phæ. Faſces remotos, regimen imperij, procul
A regia Hyllo deſtinet Cęſar; modo
*A*ula exigatur, ſceptra ſemotus gerat.
Fucos honoris, atque ſpecioſas procul
Prętende formas Cęſari; ò, quantum tua
Suadela mentem Cęſaris verſat potens!
Adr. Calcar furenti figis. auguſto è lare
Eiectus Hyllus redderet purum diem
Bizantio. aulę Cęſari, *A*uguſtę, mihi.
Ergo ſuprema in auſa iam pronus ferar.

SCENA QVINTA.

Phædrus, Centurio, Leontius, Dioſcorus.

Cent. EN hic Leonti, martis eoi decor
*T*ibi auſpicari fauſta ſupremi ducis
Præ-

Prægeſtit orſa,ludicram pugnam dabit
*A*rmis amicis conſonam rhythmo cohors.
Proludet hic tua prælia, & palmis tuis
Protendet omen, rythmicus pugnę fragor.

Leo. Sequantur omen aſtra, plaudentis iuuat
Spectare pubis ludicra, & primos ſimul
Libare flores indolis; noſtro altius
Defixus animo veſter hic ardor manet.

Fit ludicrum.

(abit chorea

Le. GEneroſa pubes dexterā ad palmas para,
Para ad triūphi lauream inuictū caput.

Ph. Auguſta feruet, ęſtuat, cunctas ruit
*A*udax in artes queis ab *A*uguſti auribus
Deturbet Hyllum; *Ph*ębus haud clarus ſibi
*A*ffulget, hoc ni regiam purget probro.

Di. Expers timoris nec mihi aſſurgit dies
Dum regnat Hylli gratia.*Ph.* *A*draſtum quoq;
*A*d hoc fatigat domina; ſollicitat prece
*A*chatium qui primus Eois ſacra
Dat iura populis; vrget, inſtigat, premit
*A*rtes vt Hylli frangat, atque aulam leuans
Hyllo repulſo reddat *A*uguſtum ſibi.
Et tu Leonti iunge conatus; cie
Plenos auorum ſpiritus, plenos tui.
Zenonis aures obſide, atque Hylli catus
Retunde murmur, hoc tua inculcat ſatus.

Le. Mihi atq; Dominæ haud deero, moliri iuuat
Extrema cuncta, forte ſi peſtem ſtygis
Queam ſub orcum trudere. *A*uguſtę interim
Hoc defer vnum, Phędre; ne fidat nimis
Olethrię, nec intimum pandat ſinum.

Ph.

Ph. Monebo:nunc *A*uguſta, ne quis literas
Quibus latentem creditis mentem inuicem
Oculatus *A*rgus luce furtiua legat,
Hoc literarum tractibus ſcriptum nouis
*T*ibi ſchema tradit, vnde quã quiſq;exprimat
Fictus character literam, clare patet.
Le. „ Hac arte fraus decipitur, vt dum per nefas
„ Ius literarum] frangit, illudat ſibi,
Supplex amoris oſculor pignus noteum;
Dominæque dextrę gratias impar ago.

SCENA SEXTA.

Zeno, Adraſtus.

Ze. FAmulata ſemper Cæſari *A*draſti fides
Semper vel ipſa purius Candens niue
In liberos prorumpat audacter ſonos.
Adr. Me cæſar *A*ulæ ſtimulat auguſtæ decor
In te redundans liberum ſi quid loquar.
Hyllum pauefcit regiam quiſquis terit,
Et ſuſpicaci ſemper obtutu cauet. (los.
Ze. Quid ſuſpicatur? *Adr.*machinas,technas,do-
Ze. In falſa turpe labitur; potius ſibi
Hyllus cauere cogitur ab aulę dolis
„ Hyllo inuidentis: carpitur ſemper fremens
„ Hoc aula vitio; principis ſi quem fauor
„ Blande intuetur,publicæ vt fraudis fabrum
„ *T*oruo intuetur lumine, atque aulæ ſcelus.
Adr. *A*n aula tota fallitur? *Ze.* mentem tenes
„ Totius aulæ?multa fucato illinit
„ Colore liuor, plurima in peius trahit.

Lin-

,, Linguæ libido; multa deblaterat mera
,, Fandi voluptas, verane, an falſa, inſcia.
,, Terretur vmbris aula laruarum ferax.
Ad. *V*mbras ab Hyllo pauida cur ſolum trahit?
Ze. *V*mbræ ſequuntur altius ſemper caput.
Ad. Hylline ſolum ſuſtulit virtus caput?
Ze. Suſtollit alios, forſitan & Hyllū magis (des.
Ad. ,, Auguſte, palpat Hyllus. *Ze.* haud palpat fi-
Adr Palpat doloſè. *Ze.* diſſonant fraus, & fides.
Adr. ,, Specioſa ſemper ora mentitur dolus
Ze. ,, Specioſa ſemper inuidus vertit probro.
Adr. Nil me inuidentem Cæſaris reddit fauor
Ze. Nil te inuidentem; plurimum aſt Aulam reor.
Hic Hyllus, aula quem ſibi horreſcit, ſibi
Formidat aulam grauius, & quærit procul
Exilia ab aula; vix ab incæpta fuga
Hyllum retraxi nuper; vt ſiſtat gradum
Aegrè coegi precibus imperio, minis.
Appetitur Hyllus, crede, non alios petit.
Adr. Infuſa in ima viſcera hanc aulam fouet
Animatque tua mæns cæſar; hinc ſolus potes
Attemperare congruas Aulæ vices.

SCENA SEPTIMA:

Zeno, Achatius.

Ach. VRbs læta plaudit Cæſari, & fauſtas agit
Grates Tonanti; nomen & laudes ſonat
Zënonis amplum voce confuſa forum.
Iam milites in gaudia effuſi; prope
Inſaniam tripudia bacchantes agunt
Et Neſtoris precantur *A*uguſto dies;

Digitized by Google

Quod inclytum virtute, conſilio, fide
Leontium præfeceris bello ducem.
Ze. Plaudentis vrbis omen amplector libens.
„ Commune votum ſoſpitat ſemper polus.
Ach. „ Hæc prima laus regnantis attollit caput
„ Si nempe virtus munia, & honorum notas
„ Diſpertiat, non gratia, & cæcus fauor.
Præfulget in Leontio virtus, fides,
Et martis vſus longior; recti, ac pij
Inuictus ardor, prompta in aduerſis manus,
Cauta in ſecundis; Zeno tu ſolus potes
Leontio præire, ſed cunctis præit
Leontius, qui Cæſaris dextram leuet.
Ze. Te digna verax loqueris, & noſtris, Pater,
„ Iucunda votis: gratius nullo fruor
„ Laudis tributo, quam quod vnanimis gerit
„ Conſenſus Orbis, quando ſelectos probat
„ Mecum miniſtros; iuncta ſic membra, & caput
„ Vitale robur publico aſpirant bono.
Ach. At quam libens Leontio vrbs geſtit duce,
Tam torua in Hyllum lumina obuertit, tua
Fædetnmentem gratia; hunc aulæ vocant
Labem, Charybdim gurgitem, voraginem.
Ze. „ Inuidia falſe turgida hæc iactat probra
„ Semper peroſa quidquid excellit ſupra
„ Vulgare ſpecimen; Hyllus Auguſto patet
Pluſquam tot Argis liuida infectis lue.
Mihi viuit Hyllus, non ſibi, & ſemper meo
Ex ore ſenſa, ſpiritum, vocem trahit.
O quam beatos aula numeraret dies,
Si quos foueret aulicos Hyllo pares!

ACTVS TERTIVS.

SCENA PRIMA.

Dolon, Hyllus

Dol. ADhuc quid hæres? ambigis? tẽpus fugit,
Inſiſte captis Hylle, dum Cæſar calet.
Hyl. Incertus animi pendeo an Phædrus ferat
Has literas Leontio? an noſtra quaſi
Præoccupatas ante Zenoni offeram?
Dol. Si tute defers Cæſari, tricas ſubis:
„ Faciemque turpem præferet per te dolo
„ Papyrus intercæpta: quin audax nimis
„ Poſſet videri facinus, auguſta manu
„ Scriptam abſtuliſſe paginam; ſemper ſubeſt
„ Suſpicio, cum quid inſolens fraudes gerunt.
Hyl. At ſi ferat Leontio has Phædrus notas,
Quæ vis, doluſue ex vnguibus tãdem extrahet?
Dol. Zenonis ardor impotens; quod ſi neget
Leontius, iam fraude ſe nectit ſua,
„ Speciemque veri capiet occluſum ſcelus.
At non ab iſtis hauriat Cæſar notis
Plenum venenum; ſemper hinc aliquid doli
Olere poterit; efficax virus bibat
E pagina, qua paribus inſcripta notis
Leontius reſponſa ad *Auguſtum* dabit.
„ Vxoris illhinc ſcelera reflexo quaſi
„ Ictu remiſſa, fortius Zeno hauriet
„ Nec vmbra nec ſuſpicio ſe miſcet dolo.
Hyl. „ Subis medullas fraudis; intrepida fide
„ Creditur, amicis crimen expreſſum notis
Has ergo Phædro literas affer citus;

Leontio quas nomine Auguſtæ ferat.
Adibo & ipſe Cæſarem. *Dol.* Siſte hic adeſt
Cæſar, choræam Cæſari, & plauſum dabit
Noui ducis ſelectior ephebum cohors.

SCENA SECVNDA.

Legatus Aegypti, Zeno.

Le. AEgyptus ad te ſupplices rendens manus
Cæſar miniſtrũ poſcit ad faſces nouum
Zenone dignum mente qui plenus tua
Pater Canopum foueat, & Præſes regat
Ze. At quem Canopus maxime ex Auia petit?
Le. Hyllum petit præcæteris: Hyllus tuas
Edoctus artes pænè te ſecum geret.
Auguſta & Hyllum comprobat; laudat viri
Conſilia vaſtum pectus, & fortem manum
Ze. Regat puellas vxor, haud populos regat.

SCENA TERTIA.

Zeno, Hyllus.

Ze. ADeſte Flores puberum, & Martis vigor
Spectare vinctos barbito ſaltus iuuat
Nouumque fauſto proſequi auſpicio ducem.
Fit choræa.
(*abit chorus*
Ze. GEneroſa virtus, indolis & ardor placet
Hyl. Tuam hic remotis arbitris aurem peto
Ad parua Cæſar, parce, ſi eſt audax amor.
Ze. Abſiſtite; huc accede, quid præfers noui?
Hyl. Heu Cæſar! horror abſtruit voci viam.

Heu

Heu Cæſar! heu quæ cogor infanda eloqui!
Cur hos in vſus lumina, & fauces meas
Seruas Olympi rector! ah cur non prius
Tntum triſulca memet abſumis fare?
Ze. Exprome quidquid horridi pectus quatit,
Hyl. Meam doloſè digeri cladem ratus
Tentare latebras conor *Auguſtæ* in ſinu,
Olethria laxat clauſtra; quas Leontio
Ariadna ſignis literas ſcribit nouis,
Exſcribit, atque hac pagina expreſſas refert.
Legi: ſed heu me perditum! contabui.
Ze. Tuam ne cædem fraude condicta ſtruunt?
Hyl. Vtinam meam nefandus in cædem furor
Sæuiret; infra ſceleris humani modum
Delinqueret perfidia, ſed alium ſitit
Scelus cruorem; lingua detrectat loqui.
Heu! tute Cæſar conſule infames notas.
Ze. ,, *Mea* Lux Leonti, cordis hic noſtri cape
(*Legit Epiſtolam*
,, *Aperta* ſenſa; ſcripſit hæc ardens amor.
Sū, Zeno, tua nox perfida. *Hyl.* & quid tetrius.
Ze. ,, *Audere* præſtat: marcet imperij vigor;
,, Dant iura vis, libido, cupiditas, fauor.
,, *Augu*ſta Zeno ſceptra geſtator mouet,
,, Non rector orbis; Hyllus imperium regit.
Hyl. Heu cerberi latrantis horrendos ſonos!
Ze. ,, Vix ipſa nudum nomen *Auguſtæ* gero,
,, Sed re ſuperbo cogor imperio premi
,, Dominantis Hylli famula, regnātum probrū.
Dominantis Orci famula, Zenonis probrum.
,, Si noſtra, ſi te publica impellit ſalus
,, *Vires* ad auſum nobile, & temet cie.

 Hanc

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMAN.

Ze. Quid ergo agẽdũ? *Hyl.* lẽta rẽ prodet mora,
Mox execrandis perfidæ Ariadnæ notis
Leontius reſponſa per Phædrum dabit.
Reſponſa phædri ex vnguibus furtim cape;
Leontij inde ſenſa, & vxoris ſimul
Expreſſa ſignis certus in lucem trahe,
Iiſdemque binas caſſibus capta feras.
Ze. Mentis ſagacis prouidum ductum ſequor.

SCENA QVARTA.

Phædrus, Leontius, Dioſcorus.

Ph. Hanc tibi Ariadna porrigi per me iubet
Rite obſeratam paginã Auguſtæ nota,
(interpretetur enygma
Le. Aenygma ſignat paginam; ſed quid ſonet.
Interpres hæc docebit. *Dio.* interea refer
Quid Hyllus, & quid Zeno prætendant noui.
Errant per ora nubila? an ſudum micat?
Phæ. Nubes oberrant, nec procul nimbos notant.
Sed aſtra in Hyllum torqueant nimbos truces.
(abit Phædrus
Dio. Sed cur Leonti, contrahis fontẽ? tremis?
Palleſcis? hæres? pœne langueſcens ſtupes?
Halant ne peſtem literæ, aut Neſſi malum?
Le. Atrociora fulminant; heu me pudet
,, Legiſſe carmen. Fœmina eſt quoddam chaos
,, Scelus omne miſcens, aſtra confundens ſtyge.
Di Age impudentis paginæ carmen refer.
,, Aures amicas conſulit adurgens malum,

SCENA QVINTA.

Superueniet Achatius.

Di. Sed tempori huc Achatius greſsũ mouet.
Le. Huc te benignum compulit Cœlum, Pater

Inopina me procella tranſuerſum rapit; (cruor
Me penè vortex ſorbet. *Ac.* hæc dextra, hic
Quocunque poſcat vſus accurrent tibi :
,, Sortis flagellum comprobat amicam fidem
Le. Supplex patronū veneror, & dextrā oſculor.
Per has latenti ænigmate offuſas notas
A' me nefanda, horrenda, ſcelerata, impia,
Auguſta poſcit, nempe vt Auguſto necem
Fœdus laniſta moliar, & ſceptrum mihi
Et coniugalem (proh pudor) ſpondet torum,
Vt impiatum ſyrma Zenonis traham;
Preces ad hoc profundit, obſtringit fidem,
Et me laceſſit, ſtimulat, & præceps rapit
Ach. Auguſta, flos pudoris. & laus, & decor
Muliebris vna nominis tanto ruit
,, Repente lapſu! *Di.* mulier eſt quiddam leue
,, Inſtabile varium, mobile, haud conſtans ſibi.
Le. Quo nunc reuoluar? fluctuo, & turbo minax
Quocunque vertor in meum ſurgit caput.
Ach. Quid ſi ueges reſponſa ſceleratis notis?
Le. ,, In odia ſpretus ſoluitur vecors amor.
Dio. Qnid ſi maliguas Cæſari prodas notas?
Le. Amantis & fauentis heu prodam fidem!
Ach. ,, Qui proditorē prodit, haud prodit fidē.
Le. Prodam mihi dum ſceptra, dum tradit torū?
Ach. Zenonis eadem ſceptra Zenonis torum
Le. ,, Sit perditus Amor, eſt amor; lædi eſt nefas
Di. Quid? te licet ſilente, prodibit ſcelus.
Le. Silente me, non proditore, prodeat.
Ach. Te proditorem Cæſari damnas ſilens
Le. Quidnā ſilēs nocebo? *Ach.* quod ſileas, noces.
Le. Non patitur animus prodere Auguſtæ ſcelus.

Ach.

Ach. Prodetur, & te Zeno proh quantũ premet!
Le. *A*liunde ſi prodatur, innocuus premar.
Di. „ Qui cum rebelli rem tegit, noxæ fauet.
Le. *A*uernus in me Dite diffracto ruat,
Tacebo, crimen cordis occludam ſinu;
Et Zeno me diſcerpat, excruciet, cremet.
Di. Hæc ſi libido pertinax mentem tenet,
Reſcribe, ſed quod deceat intactam fidem.
Zenonis animos, ſtudia, conſilia, & manum
*A*ddicta ſemper coniugi ad Cœlum euehe.
In te, tuique nominis pronam decus
*A*ttolle dextram: placidus *Auguſtæ* truces
Leni furores, muneri haud tanto parem
Temet fatere, ſupplices grates age
*A*uguſtæ amori; temere te, maius tua
*V*irtute facinus poſſe moliri, nega.
Ach. Si tantus horror comprimit vocem tibi
Ne Cæſari rem deferas, Dioſcorum
Laudo monentem. digna virtutis manu
Reſponſa Dominæ redde; pietatem, fidem,
Obſequia, cultum Cæſaris ſpirent notæ:
Repelle dona, ſed ſimul ſupplex pete
*V*eniam repulſæ; ſpreta ne peius furat
„ *A*nguſta; vulnus ſemper infligit graue
„ Doni repulſa. te reluctanti fide
*M*onſtra coactum; ſcribe, quæ candens fides
Reſcriberet: quin Cæſari viſu puta
Clarè intuendum quidquid his ſcribes notis.
Le. Parebo monitis: interim Cœlum Pater,
Sancte fatiga precibus, vt menti iubar
Diuino ab ore fundat, & pectus regat.

SCE-

Inopina me procella tranſuerſum rapit; (cruor
Me pænè vortex ſorbet. *Ac.* hæc dextra, hic
Quocunque poſcat vſus accurrent tibi :
„ Sortis flagellum comprobat amicam fidem
Le. Supplex patronū veneror, & dextrā oſculor.
Per has latenti ænigmate offuſas notas
A' me nefanda, horrenda, ſcelerata, impia,
Auguſta poſcit, nempe vt Auguſto necem
Fœdus laniſta moliar, & ſceptrum mihi
Et coniugalem (proh pudor) ſpondet torum,
Vt impiatum ſyrma Zenonis traham;
Preces ad hoc profundit, obſtringit fidem,
Et me laceſſit, ſtimulat, & præceps rapit
Ach. Auguſta, flos pudoris, & laus, & decor
Muliebris vna nominis tanto ruit
„ Repente lapſu! *Di.* mulier eſt quiddam leue
„ Inſtabile varium, mobile, haud conſtans ſibi.
Le. Quo nunc reuoluar? fluctuo, & turbo minax
Quocunque vertor in meum ſurgit caput.
Ach. Quid ſi ueges reſponſa ſceleratis notis?
Le. „ In odia ſpretus ſoluitur vecors amor.
Dio. Qnid ſi maliguas Cæſari prodas notas?
Le. Amantis & fauentis heu prodam fidem!
Ach. „ Qui proditorē prodit, haud prodit fidē.
Le. Prodam mihi dum ſceptra, dum tradit torū?
Ach. Zenonis eadem ſceptra Zenonis torum
Le. „ Sit perditus Amor, eſt amor; lædi eſt nefas
Di. Quid? te licet ſilente, prodibit ſcelus.
Le. Silente me, non proditore, prodeat.
Ach. Te proditorem Cæſari damnas ſilens
Le. Quidnā ſilēs nocebo? *Ach.* quod ſileas, noces.
Le. Non patitur animus prodere *Auguſtæ* ſcelus.

Ach.

Digitized by Google

Ach. Prodetur, & te Zeno proh quantũ premet!
Le. Aliunde ſi prodatur, innocuus premar.
Di. „ Qui cum rebelli rem tegit, noxæ fauet.
Le. Auernus in me Dite diffracto ruat,
Tacebo, crimen cordis occludam ſinu;
Et Zeno me diſcerpat, excruciet, cremet.
Di. Hæc ſi libido pertinax mentem tenet,
Reſcribe, ſed quod deceat intactam fidem.
Zenonis animos, ſtudia, conſilia, & manum
Addicta ſemper coniugi ad Cœlum euehe.
In te, tuique nominis pronam decus
Attolle dextram: placidus Auguſtæ truces
Leni furores, muneri haud tanto parem
Temet fatere, ſupplices grates age
Auguſtæ amori; temere te, maius tua
Virtute facinus poſſe moliri, nega.
Ach. Si tantus horror comprimit vocem tibi
Ne Cæſari rem deferas, Dioſcorum
Laudo monentem. digna virtutis manu
Reſponſa Dominæ redde; pietatem, fidem,
Obſequia, cultum Cæſaris ſpirent notæ:
Repelle dona, ſed ſimul ſupplex pete
Veniam repulſæ; ſpreta ne peius furat
„ Auguſta; vulnus ſemper infligit graue
„ Doni repulſa. te reluctanti fide
Monſtra coactum; ſcribe, quæ candens fides
Reſcriberet: quin Cæſari viſu puta
Clarè intuendum quidquid his ſcribes notis.
Le. Parebo monitis: interim Cœlum Pater,
Sancte fatiga precibus, vt menti iubar
Diuino ab ore fundat, & pectus regat.

SCE-

SCENA SEXTA.

Hyllus, Dolon.

Dol. O Lethria noſtros arte præuertit dolos;
Noui recudit aliquid, vt ſtructæ necis
Zenonis animo fortius inurat fidem.
Nam turri ab alta flammeas ſcribet notas
Ænigmatis, quod nempe iam Cæſar tenet,
Has fraude ſimulans porrigi *A*uguſtæ manu,
*A*rcana quo Leontium quamuis procul
Tuto alloquatur luce facundæ facis.
*Hyl. M*iror doloſæ fæminæ pectus ſagax.
Dol. Has tu coruſcas Cæſari monſtra notas,
Peſſem loquentur, vnde Zenonis furor
Exaſperetur acrius. Princeps adeſt.

SCENA SEPTIMA.

Zeno, Adraſtus, & poſtea Phædrus.

Ze. Adeſſe Phædrum, ductor, actutum iubeo.
Quod nũc *A*draſte, regiam verſat ſcelus?
Eſt Hyllus, an Leontius? cædem meam
In quo reponit perfidæ Vxoris fauor?
,, Nemo innocenti credit infandum nefas:
,, Nec ſpes nocendi ſiſtit, vbi perſtat fides.
*Adr. A*dulterinam ſuſpicor adhuc paginam.
*Ze. A*dulteræ ipſe paginam veram reor.
Adr. Hæc vxor in te Zeno? ſi ſpectem, negem
Spectaſſe facinus; & meos viſus ſtygis
*V*apore preſſos faſcinum credam pati.
Ze. Quod eantat hæc Papyrus eſt Orci vapor?
Eſt hæc in orco ſcripta? an vxoris refert

Sen-

Senſus, medullas, viſcera, & quidquid cupit?
Adr. Et forſan Orci Paginam ſcripſit nigror,
Aut fraus, & ars Olethriæ; hic nulla eſt fides
Non annulum, non tueor *Auguſtæ* manum.
Ze. Quod non tuetur viſus, heu verax nimis
Præſaga mens præuertitur. par eſt tamen
Vt animus anceps titubet, & nutet fides,
Donec latentis virus erumpat doli.
Adr. At ecce Phædrum. *Ze.* redde veraces puer
Voces petenti Cæſari. *Ph.* hoc Phædrum decet.
Ze. Num literas Leontio per te dedit
Ariadna nuper? *Ph.* aſſero. Olethriæ manu
Mihi traditas, & rite ſignatas dedi.
Ze. Præſagijs initia reſpondent meis,
*V*tinam reclament exitus. at tu imprime
Hæc iuſſa menti Phædre; quam reddet tibi
Leontius mox paginam, *Auguſtæ* vt feras,
Ad me citato præpes huc defer gradu.
Hæc luſſa cordi conde, & elinguis ſile.
Mutire ſi quid audeas, pænam lues.
Pb. Tua iuſſa Cæſar obſtruent voci viam;
Iniuncta mutus exequar fidei memor.

SCENA OCTAVA.

Hyllus ſuperuenit.

Hyl. Reſiſte Cæſar; teſtis oculatus tua
Spectabis hic dedecora; mox è culmine
Turris flagrantes vxor attollet notas
Quibus ſuam Leontio mentem explicet.
Ze. Flamma loquaci ſcribet abſenti notas?

Hyl.

Hyl. Condicta nempe ſymbola ardenti face
Formabit alta è turre;ſed viſus age
Suſtolle Cæſar:flamma ſplendeſcit loquax.

Scribitur flammis hic verſus

Reſcribe,Ferrum Potius,*A*n virus Probas?
Ze. Eſt certa cædes, quæritur ſolum modus
Quo Zeno pereat.Virus an ferrum probas?
*V*trumque vtrique,virus,& ferrum inferam
Et coniugi,& Leontio. Hæc tandem vides
Hæc monſtra Zeno?tam nouum ſcripti ſcelus
*A*ddiſcis ad tua funera? elementis tua
*P*atranda cædes ſcribitur;non ſunt ſatis
Chartæ;Fit aër pagina ad noſtram necem,
Fiunt, & atramenta,nocturnæ faces.
Sed mitte queſtus.*V*indicem dextram para;
Leontij reſponſa mox pandent ſcelus.

ACTVS QVARTVS.

SCENA PRIMA.

Zeno, Phædrus, Adraſtus, Hyllus,

Ph. AD tua reuoluor iuſſa; munitam ſui
Hanc ſyngrapham Leontius ſigni nota

(Phædrus abit

Dat nuper vt latenter *A*uguſtæ feram.
Ze. Laudo obſequentis impigram Phædri fidem.
Arcana cerno ſigna. *Hyl.* concordant notis
Quas noſter index explicat. Cœlum fauet.
Ad. Hic nullus error, nullus hic fucus ſubeſt;
Sed clara certum veritas ſpargit iubar:
Hic mens facet Leontij; auguſtæ hic iacent
Conſilia amico credita;& puram tamen

Ad-

Adhuc malignæ labis Auguſtum reor.
„ Præcelſa virtus vertice in ſummo ſita
„ Non de repente tota; paulatim labat.
Hyl. Specioſa doctus diſputans, nugas agis (tet.
Ariadna aperto in crimine deprehēſa hic pa-
Ze. Ad hæc reſeruas pupulas fortis furor?
Mea opprobria, mea dedecora, ſordes meas
Vt ipſe teſte hoc ſole pudibundus legam?
Sed quo pudore ſqualleas Aether, ſolum,
Et Syx & aſtra, audite Zenonis probra;
Tuæque præco infamiæ Zeno horreas.
(*legit Epiſtolam*
„ Portenta amoris veneror, & pronus paris
„ Flammæ tributum defero. ſceptri, ac tori
„ Auguſta dona ſupplici obſequio colam;
„ Sed animus impar munus haud tantum capit;
„ Dominæq. famulus, ſeruiā, haud Cæſar regam.
Audin Adraſte, munera inſontis nurus?
Sceptrum fides, torumque promi tit pudor.
Ad. Tædet pudetque me mei; horreſco; fremo.
Ze. Audi, magis pudebit, horreſces magis
„ Zenonis in me prodiga ſemper manu
„ Se flexit animus; ſemper ad nutus tuos
„ Pronus pependit: omen auertat Polus
„ Zenonis vt Leontius lædat caput.
Heu fracta rerum iura! me coniux necat,
Famulus tuetur. ſola num coniux? amor
Quies, voluptas, cura Zenonis fuit
Ariadna, mecum vel ſupra me ius dedit,
Cuicunque libuit decora, fortunas opes
Large profundit: ſi potes, monſtra ſemel
Me me obſequentem frigidè votis tuis.

Et

Digitized by Google

Et nunc meo cruore fumantem torum
Tractare geſtis excetra?& noſtrum ſupra
Buſtum paras Leontio ad ſceptrum viam?
Hyl. Reuelle mundi cardines rector Poli,
Confunde rerum iura, naturam abrue,
Me diſſipa me abſume quid vitam traho
*A*d tam nefanda generis humani probra?
Adr. Inanis vmbra, ſtipes, an potius ſtupor?
Hic aſto; laruas inter, & ſomnos vigil,
„ Muliebre tandem diſce vipereum genus.
„ *V*irtutis expers fucus, & fallax color
„ Se venditant in fæmina, & falſum micant
Ze. Ingrata coniux! tanta per venas flagrant
Zenonis odia, dum tui tanto calet
*A*moris æſtu? mens tranſfoſſum cupis
Leontius quo regnet! ò fallax amor,
O ſpes doloſa, perfidi ò riſus lepor
Sub coniugali nectare hanc peſtem paras!
*A*biuro quidquid Coniungum ſtringit fidem.
Deteſtor omne fas maritalis tori,
Migro in Ceraſten, exuo abijcio virum.
Sugam cruorem coniugis, vitam hauriam,
Cor impud;cum dente cerbero teram;
Saturabo amorem proditum digna dape.
Hyl. „ Muliebre nomen execror:quidquid pium
„ Sanctum, *T*onante exæſtuans, Cœlo tumens
„ Muliebris efflat ſanctitas, ſordes, dolos,
„ Laruas nocentes Tartaro emiſſas reor.
Adr. Iam pænè cædis fateor *A*uguſtam ream,
Et vindicem deuoueo. ſi Cæſar iubet,
Iuſtos ad ictus dexteram:ſed quid nocet
Prius *A*riadnæ literas cæco è ſinu

Leon-

Leontij extorſiſſe, quo certum ſcelus
Adhuc pateſcat clarius ſolis face?
„ Quo tardior furit vltio, eo grauius furit
Ze. Moram recuſat cauſa: ſed demus moram.

SCENA SECVNDA.
Hyllus, Dolon.

Hyl. IN lenta languet odia Zenonis tepor;
Non æſtuat, non ferùidè ardeſcit furor;
Non dum cruoris rabida feruescit ſitis.
Dol. Fraus hæc tonat, non fulminat: noſter labor
It in fragorem totus, haud ictu ferit.
Hyl. Moras *A*draſtus nexuit. *Do.* & Hyllus moras
Diffringet omnes, ſubdat Auguſto faces.
Hyl. „ Res eſt pericli plena; decertant adhuc
„ Amor, furorque in coniugem: ſi quid nimis
„ Zenonis iras ventilo, cauebit magis.
„ Parce & per aſtum Cæſaris nutans dolor
„ Eſt refricandus, ſponte vt in rabiem ruat;
„ Si durius pungatur, in calcar furit.
Dol. Petatur ergo Zeno, ſed qua te decet,
Vtaris arte; ſortis obſerua vices,
Et aptiores tempori formas cape.

SCENA TERTIA.
Leontius, Dioſcorus, Phædrus.

Le. CAligo, nubes, noctis infernæ vapor
Arcana mentis occupant, Hylli dolus
Mihi ſubolet ſub pagina *A*uguſtæ latens.
Di. In literarum viſcera *A*uguſtæ annulo

Si-

Signata quodnam poterat intrudi ſcelus?
Le. ,, Nil eſt dolis imperuium, clauſum nihil.
Quærenda lux eſt:alloqui *Auguſtam* iuuat.
Di. ,, Adire præſtat. ſæpe inextricabilis
,, Figmenta fraudis diſſipat vocis ſonus.
*Le.*Phædrũ ciamus.*Di*, hunc ego accerſam celer.
Le. Veri *Patrone*, corda qui ſolus ſubis,
*A*ffunde lucem, diſcute vmbrarum chaos,
Ne mole fraudis opprimi inſontem ſinas.
Pauciſne Phædre liceat Auguſtam alloqui?
(venit Phadrus
*Ph.*Seuerus aditum Zeno ad Auguſtam vetat.
*Le.*Quæ cauſa?noſtin? *Ph.*cauſa me prorſus latet.
Le. Meam ne tenuit paginam *Auguſtæ* manus?
Di. Quis tunc in illa,viſus eſt oris tenor?
Le. Taces? profare, domina quo vultu ſtetit?
Ph. Quo tua tuemur. *Di* heu quid inſolito labat
Tua vox tremore? *Le.* variat in vultu color;
*V*olensque fari, lingua retrorſum fugit.
Ph. Ignota vultin, eloquar?*Di.*numquid dabas
Cæcus papyrum? *Ph.*capite demiſſo dedi.
,, Dominam vereri frontis obſequio decet.
Di. Deludis: Iſtic inſolens quiddam ſubeſt.
Le; Rem pande Phædre,quidquid expromes,ſinu
Condemus ambo, ſanctaque occludet fides.
Ph. Quid ipſe promam neſcius? *Le.*non eſt tuum
Cælare amicos, tegere quod vultu nequis.
Ph. In me ſecures expedis cogens loqui
Le. In nos prius vibrentur;en ſancte fidem
Vouemus. *A*dſit arbiter veri *Deus*
Quidquid loqueris corde tumulatum geram.
Ph. Fabor: rapaci Zeno violentus manu
Ex-

Excerpſit à me literas ira tumens,
Quas tutè dominæ ſcripſeras, ferrum, faces
Mihi minitatur efferus, ſi quid loquar:
Greſſum retorſi ſtupidus elinguis tremens;
Nunc veſtro amici, ab ore mea pendet ſalus.
Le. Deuota cœlo comprimit linguam fides.
Abi tui ſecurus, & cautus ſile.
Heu ſi latentes Cæſar arcanis notis
Senſus malignos eruat! Numen veta.
(abit Phædrus

SCENA QVARTA.

Superuenit Achatius.

Ach. QVam ſpirat auram Regia? & quales agit
Auguſta motus? *Le.* ruimus in clades pa-
Quas ipſe phædro literas nuper dedi (ter,
Dominæ afferendas, Zeno præreptas tenet.
Ach. Heu quam timebã; rapitur ad ſyrtim iatis.
Di. At inſolens ænigma Zenonem latet.
Ach. Olethria explicabit, aut per vim exprimet
Ex te Leonti paginæ veros ſonos.
„ Regum poteſtas nititur in vmbras, ſubit
„ *V*iolenta latebras, patitur occluſum nihil.
Le. Inter pericla diſtrahor; quidquid ſequor,
Sequor procellas: taceo? me prodo reum.
Loquor? *A*riadnam damno. Si capto fugam,
Fuga ipſa crimen arguit; ſemper reus
Damnabor, inſons, nec mea noxa nocens:
Ach. „ Cũ multiplex nos obſidet, & angit malũ,
„ *M*inus ſequamur. Cęſarem ſupplex adi,
*V*eniamque poſce, ſero quod pandas nefas.

Le. Egone *Ariadnæ* perfidus pandam ſcelus !
Ach. Quid perfidus? ſat Cæſari coniux patet.
Di. Iam te ſilente, litetæ crimen canunt.
Le. At me loquente pondus accedet nouum.
Ach. Tantone ſceleri ponderis quidquam dabis?
Le. Meo inquinari ſibilo Auguſtam pudet.
Di. Sat illa ſordet; ſi taces, ſordes trahis
Ach. Si loqueris, expers ſordis Auguſto micas.
Le. Repoſcet à me Cæſar Vxoris notas.
Ach. Solum repoſcet? rapiet, & per vim abſtrahet.
Di. Et admouebit ſi neges, ferrum faces,
Le. Me perditum! quo euaſit Auguſtæ fauor !
Ach. Moras Leonti rumpe, Zenonem pete
*V*ltro, priuſquam te furens vinclis trahat;
Offer Ariadnæ literas; quidquid ſubeſt
Clauſum ſub illis, prome. ſic extra ſcelus
Se tua probabit Cæſari, atque aulæ fides.
Di. Huc Zeno tendit; perage quod tempus monet

S C E N A Q V I N T A.

Zeno, Adraſtus, Leontius.

Ze. ADes Leonti; triſte quid vultu geris.
Le. Horréda miſera, turpia, & quę me pudet
Proferre in auras. *Ze.* heu nimis longas moras
Tuus iſte Amice, protrahit mutus pudor.
Le. Silentij me fateor, & damno reum.
Heu ſceleris horror ſurripit menti diem.
Cupidamque fari præpedit linguam timor.
Sed iam pudorem fregi, & excuſſi metum
En literas, quas ſignat Auguſtæ annulus:
Nouis notarum ductibus claudunt ſcelus

Quod

Digitized by Google

Quod tibi in apertam, ſi iubes, lucem traham.
Ze. Tã ſero peſtẽ reuomis? hæc amor, hæc fauor
Hæc Zeno de Leontio? hanc tabem diu
Sinu recondis, concoquis, verſas, foues?
Reſponſa paribus perfidæ reddis notis
Zenone prorſus inſcio? quamuis leuem
„ Fraudis ſuſurrum *Principi* defert fides.
Tu tanta mutus crimina Auguſto tegis?
Le. Damna moras Auguſte, ne damna fiant,
Quid mea recondant viſcera, *A*uguſtæ data
Reſponſa promant: viuido ardentem tui
Amore flammam ſenties; fœdas preces
Nefanda dona, fortis inſultum ſpei
Quanam repulſa reſpui, qua nam fuga?
Num flexit animum purpuræ, & ſceptri decor?
*A*n æſtuantis blandior amoris faces.
Excepi? & acres impetus lentus tuli?
Non obſtiti? non horrui? & quanta poteſt
*A*rdere flamma, non mea exarſit fides?
Ze. *A*rſiſſet illa Cæſar expanſis dolis.
Le. Non dum probatum crimen in lucem darem?
Ze. Scripto probatum. *Le.* forte mentitis notis
Ze. *Æ*nigmata hæc arcana, ſat crimen probant.
Le. „ Si res agatur ſumma, cunctando proba.
Ze. „ Si res agatur, ſumma properando refer.
Le. Linguam reuinxit angor, & terror pedem.
Ze. Stimulaſſe vtrumque noſtra debuerat ſalus.
Le. Cur? ſi periclo proximum vrgebat nihil.
Ze. „ Semper periclo eſt proximũ vxoris ſcelus.
Le. „ Deferre præceps nolui *V*xorem viro.
Ze. Cælare amantis penitus optabas dolos.
Te criminis contagio fœdat ſatis

Digitized by Google

„ Quod criminis ſis particeps. aptus malo
„ Malus pntatur. nemo ſceleratam probo
„ Mentem relaxat; te ſibi aſciuit parem
Fraudis miniſtrum Perfida; & quamuis, vafer,
*V*erbo repulſam dederis, interno tamen
Calore noſtrum tectus exitium coquis,
Abſcede verſipellis; & vecors caput
Inuolue latebris, Regiæ lucem fuge;
Meosque viſus, coluber, æternum caue.

Le. Qui corda luſtrat, adſit inſonti Deus.

Ye. Hunc ergo lictor amoue inſontem nimis.
Quid nunc *A*draſte clarius *T*itan flagrat?
An coniugis molimen? id clamant notæ
Flammis loquentes; ſymbola id certo canant,
Leontius fatetur, eſt anceps nihil.

Ad. Quamuis renitar, cogor *A*uguſtam tamen
Damnare fraudis; nam quis errorem colōr
Fucare poſſit? crimen obtutus ferit,
Et crimen ipſa pæne contrectat manus.
„ Quod recta monſtrat ratio, quis ſanus neget?

Ze. „ Hanc ergo tabem, quæ latens virus vomit
„ Delere præſtat; quidquid in aperto nocet
„ *V*itatur, at quod viſcera arrodit, necat.
„ Doloſè agentem fraude captemus pari.
*V*xor latenter conſtruit cædem viro;
Et vir latenter peragat vxoris necem.
Te nunc Adraſte Cæſaris adurat ſalus,
Tuamque noſtros impigram ad nutus fidem;
Si quid mea vnquam gratia *A*draſti manus
Eſt auſa, nunc ad grandius promptas opus
Vires fidelis exerat, & audax ruat.

Adr. Vires, manum vouemus; & quidquid ſumus

Ze.

Ze. Excipio votum; ſedulam amplector fidem.
Hac nocte, grauius quando mortales premant
Somni vapores, tacitus, & leni gradu
*A*di cubile perfidę *A*riadnę, & necem
Infer iacenti: iaceat æternos trahens
Confeſſa ſomnos; inde Zenonis necem
Leontio demandet, & ſcriptam ſuo
Cruore ab ima ſyngrapham mittat ſtyge.
Ad. At quis recludet intimum ad thalamũ viam
Cuſtode ſæpſum plurimo? ſi vim afferam,
Ad arma res prorumpet, & ſolus premar.
Ze. Non vis, nec arma proderunt: ſolum mihi
Secretus aditus Cochleę anguſtę datur
Ab horto in ędes coniugis. clauem, fores
Quę laxet vſus ad meos, ſolus gero.
Hanc ſume, tacitam pandet ad facinus viam.
Ne plura texam tua reluctatur fides,
Cui mea noſſe vota, fuit eadem exequi.
Hoc ſi peractum dederis, obſtringes tibi
Zenonis animum, gratiam, ſenſus, fidem.
Adr. Tua me cupido firmat, ac forti manum
*V*irtute obarmat; Cęſaris iuſtus dolor
Fidum miniſtrum vindici afflatu reget.

SCENA SEXTA.

Adraſtus, Phædrus.

Ph. ADraſte Phędrus perijt: extremum vale
*T*ibi & Patrono defero, & pluſquã Patri.
Ad. Quis te furor peruaſit? *Ph.* Auguſtę furor,
Cum ſenſerit Leontij nuper data
Reſponſa Phędro, Cęſari, haud ſibi reddita.

Ad. Nihil Ariadnam Phædre; Zenonem time.
Ph. Vtrimque metuo, mulier at terret magis.
Ad Nil hęc nocebit, ſpondeo certam fidem;
Ph. Noui, ipſe noui lęſa quas iras ciat!
Adr. Meamne reris Phędre fallacem fidem?
Ph Sanctam, innocentem veneror, ac falli poteſt.
Et fallitur; mors vna me ſoluet metu.
*V*ixi, & peregi quos dedit fatum dies:
Tria luſtra vidi, Phędre vixiſti ſatis.
Quo fugere dominam reſtat? effugias tamen
*S*pumans veneno bacchus hanc ornet fugam.
Ad. Si te paterno Phędre, complexus ſinu
Patris perempti ſemper expleui vicem,
Has inter vlnas quidquid eſt Phędri loca.
Sed quo timorem deleas, audi, ac tace.
Hac nocte ſomnos inter, ac tenebras iacens
*A*riadna pœnas Cęſari optatas dabit
Perfoſſa telis. odia morientis times?
Tibi viue felix, viue Zenoni, & mihi;
Concede mecum, lumina *A*uguſtę fuge.
Ph. In te patroni dexteram, & patris ſimul
*V*eneror amores, pęne rediuiuus tuo
*A*draſte dono redditam vitam traho.

A C T V S Q V I N T V S.

S C E N A P R I M A.

Adraſtus, Zeno.

Adr. TVa iuſſa Cęſar exitum votis parem
Tenuere; noſtris foſſa vulneribus iacet
Ariadna; fumat ſanguine vndanti torus.

Ze.

Ze. Bene eſt; cruoris languit noſtri ſitis.
Ad. Nulli pateſcit facinus; & ſomno obruta
Auguſta mortem ſenſit, ac ferrum ſimul,
Nam cuncta cęcus texerat noctis nigror.
Ze. Adraſte amicam tende Zenoni manum;
Stringo perenne fędus; imperij reget
Hęc dextra mecum lora; ſi leges dabit
Zeno, ſecundus Cęſari Adraſtus dabit
Adr. Seruire iuſſo Cęſaris meta eſt mei
Suprema voti; dum iubes, ſceptrum gero.
Ze. I nunc erynnys Regię, i ſponde toros;
Auguſta vende ſyrmata cruoris mei
Emenda pretio; Cęſares mundo crea;
Et ſub profundam mitte Zenonem ſtyga.
Iaces, iaces confoſſa; deſponſus torus
Apte feretri munus exercet tui.
Tui cruoris muricem plene hauriant
Iam deſtinata lintea ad tędas nouas.
Nunc Zeno regnas, ſceptra nũc Cæſar quatis.
Iam vultur inhians vertici, in caſſes cadit,
Re nunc peracta, fare quo vergat magis
Tua mens, *Adraſte*, coniugi inflictę necis
Cęlare cauſam, quando iam cunctos latet,
An crimen vna prodere, & iuſtam necem?
Ad. „ Luci tenebras præfero. Si res fluat
„ Per ora vulgi, plurimi Auguſtam premi
c. Liuoris arte ſcelere confĩcto frement;
„ Hęc eſt libido gentium, quidquid gerat
„ Princeps, malignam ſemper in partem trahunt;
„ Iam quiſque Minos principis iudex ſedet,
„ Veſtigat acta, diſcutit cordis fibras;
„ Et quando latitat cauſa, peiorem probat.

Caſu peremptam rumor *Auguſtam* canat
Sparſus per vrbem: capſulâ incluſam dabis
Patrum ſepulchro, nobili exceptam pyra.
Ze „ Hęc cauta profert ratio; quæ princeps gerit
„ In luce populi, ſeruiunt famę tubis;
„ Hęc publici rumoris vt ſeruus gerit,
„ Occulta vere vt dominus, & iuris ſui.
Me pulla veſtis cingat, & cultu pari
Pullata funus regia, & luctus agat.

S C E N A S E C V N D A.

Hyllus, Dolon, Nuntius.

Hyl. ZEno efferatus coniugis cędem parat.
At noſtra tenui pendet è filo ſalus,
„ Ex ore nempe fęminę; Olethriam penes (pet,
Stat ſumma fraudis; ſi quod hinc murmur cre-
In nos relapſus aggeret clades dolus.
„ Heu quid mulieris lubricam vocem obſtruat?
Dol. Quod prępedit, ne ſpiritum fauces trahant.
Et vim loquendi Olethriæ, & nobis metum
Satur veneno bacchus extinguet celer.
Blandum paretur poculum mortem ferens.
Nun. *M*ęrens amictus lugubres Cęſar petit,
Subitumque carę coniugis fatum dolet.
Hyl. *A*ugusta perij? *Nun.* & repentino iacet
Oppreſſa letho. fluxit in mortem ſopor.
Iam nunc *A*draſtus regię luctus parat. (*abit Nuntius*
Dol. Zenonis icta vulnere occulto reor
Auguſta cecidit. Euge, victrici dolus
Palma triumphet; tota iam noſtris patet.

Cal-

Calcanda plantis aula; iam nolint velint
Tellus, & aſtra, iura regnantes damus.
Hyl. Regnemus; & Leontius ad Orcum ruat,
Raptamque ſecum gratiam Auguſtę vehat;
Et aula noſtro colla ſubſternat iugo.
At nunc, quod vnum reſtat, extinctam comes
Dominam ſequatur famula; rūpamus moras,
*M*erſam lyęo protinus mortem bibat.

SCENA TERTIA.

Dioſcorus, Leontius.

Di. REflecte ferrum; ſiſte quid properas mori
*A*dhuc inultus? Hyllus hoc poſcit, latus
Olethriæ hoc laceſſit; in tales vibra
„ Telum Ceraſtas: nemo tam plene, ac probe
„ *V*lciſcitur, quam cupidus actutum mori;
„ Qui cuncta iam deſperat, eſt expers metus.
Le. Heu Cęſari cur literas amens dedi?
Cur in *A*riadnam perfidus fregi fidem?
Cur ſuſcitaui ſibilo irarum faces?
Quas potius hic ſupprimere debebat cruor.
*A*riadna vitę ſtamine abrupto iacet,
Et tu, Leonti, perditam vitam trahis?
Di. „ Ah ſiſte demens; impos eſt nimium ſui
„ Quicunque inertem vilis inſtigat necem.
Nondum liquet quo clauſerit fato diem
Auguſta, luctum Zeno prætendit gemens;
Quid ſi veneno perijt, atque Hylli dolo?
„ Quid ſi maligna tabe? quot caſus rotant
„ *V*itę, latenti turbine, & mortis vices?
Cur ergo mortis prorſus ignotę reum

Te

Te facile damnas? cur doles fluxam fidem?
Quid? ipſe Zeno, quidquid Ariadnę notis
Clauſum latebat, non ne pręſenſit prius
Quam te loquentem ſenſerit? quod ſi mori
Tanta eſt voluptas, non veto; ſolum moram
Repoſco ad ictum, certa lux donec micet.
Le. Vt lictor in me turpius ferrum vibret?
Di. ,, Non opprimit quem Cæſar inſonte videt:
Le. Inſons, nocenſque principi irato eſt idem.
Di. Te, cum flagrabat peſſime, haud læſit furor.
Le. Seruabat ad peiora. *Di.* Num vinclis ligat?
Le. Diſſimulat ira. *Di.* flamma conſtringi nequit.
Le. Vitamne profugus Cęſare irato traham?
Di. Breuis hora rerum ſępe permutat vices.
Le. Iam cum cadente concidi Auguſta miſer,
Di. At noſce, cum cadente, quo fato cadas.
Le. Sat eſt cadentem noſſe. *Di.* quo certo cadas,
Non quo cadas inultus. *Le.* vlciſcar meę
,, In me furorem ſortis. *Di.* eſt miſera vltio.
Hyllo reſerua vulnus, hoc telum ſacra
Viſceribus Hylli: ſanguine impuro calens
Dein tua retorque in viſcera. ò qualis fluet
In tua voluptas vulnera, & mortis lepor!
Le. Nolens reflector. vltio innectit moras.

SCENA QVARTA.

Achatius, Zeno.

Ach. QVid iſte Cæſar luctus, & triſtis tenor
Cultus, & oris? quis dolor pectus ferit?
Ze. Heu quam repente Præſul, heu coniux obit?
Ach. Qua ceſſit illa tabe? *Ze.* dum ſomnos trahit,
Lætalis aliquis corda compreſſit vapor,
Et me doloris pænè conſumpſit rigor:

Ach.

*Acb.*Vapor malignus coniugē,an ferrū opprimit?
Ze. Vis aliqua,opinor,tabidæ inuaſit luis
*Acb.*Ne conde telum Zeno,ne dextram tege .
*Ze.*Quid telam moras? quid petis dextrā Pater?
*Acb.*Peracta memoro,quęro quod cædem intulit.
Ze. „ Prophana Cæſar quærat; *A*ntiſtes ſacra.
Acb. „ Sūt ſacra iura coniugū,his paſtor præeſt.
Ze. „ Hæc iura ne quis violet, Auguſtus cauet.
Acb. Nempe innocentem fodiat,& foſſam gemat.
Ze. Nempe inſtruentem fodiat Auguſto necem.
Acb. Præceps in Hylli retia heu Cæſar ruis .
Ze. Perfregit Hyllus retia vxoris vafræ
*Acb.*Eſt prorſus inſōs vxor.*Ze.*eſt prorſus nocēs.
Scriptæ fatentur literæ . *Acb.* Olethriæ manu
Ze. Signauit vxor annulo.*Acb.*Olethriæ dolo
*Ze.*Nil fido verbis; literæ firmant fidem .
Acb. Se fraus aperiet, ſit tamen coniux nocens,
„ Lex nulla cauſa damnat indicta reos,
„ *A*n coniugem damnabit? & ſomno obrutam?
„ Quis expiandis vltimam noxis negat
Horam nocenti? criminum vindex polus,
*T*onat priuſquam fulminet. Zeno prius,
Quam quid tonet, vel fulguret, fulmen iacis?

SCENA QVINTA.

Superuenit Nuntius.

Nun. Viuit ſupremos ſpiritus ægre trahens
Confoſſa ferro mulier auguſto in toro.
Te Cæſarem, te Præſulem languens vocat.
*Ze.*Properemus ambo.*Acb.*Numen inſonti faue.

SCENA SEXTA. *Hyllus, Dolon.*

Do. Perijmus ambo; ſola vix reſtat fuga.
Hyl. Auguſta num reſurgit? *Do.* heu nūquā occidit.

Hyl.

Hyl. Non occidit? Cui funus Auguſtus parat?
Dol. Nobis parat ſuſpēdium. *Hyl.* auertat Polus.
Dol. Olethria iacet ſaucia *A*riadnæ loco,
Hyl Heu fraudulenta Tartara! Olethria occidit?
Dol, Vtinam occidiſſet? foſſa, laniata, obruta
Cruore fuſo viuit, & noſtros dolos
Iam Cæſari, atque Achatio exanguis refert
Hy. Quę fraus, quis Orcus vulnera Olethrię intulit?
Dol. Suum ad cubile præſcia inſtructæ necis
*A*uguſta, rerum neſciam Olethriam vocat.
In hanc *A*draſtus, grata cum ſerpit quies,
Noctis per vmbras Cæſaris iuſſu irruens
*T*eloque adortus fodit, *A*uguſtam ratus
At non ſatis peremit; heu ſtolidum pecus!
Spirat, fatetur crimina, & fraudes canit.
Hyl. Adeſte furiæ, ferte tartaream facem,
Fugamque noſtram præeat ad mundi plagam
Quam ſol, & aſtra neſciant; ſi quid iacet
Trans orbis oras, ducite eo noſtros pedes;
*V*el ſi quod extat, ducite ad priſcum chaos.
Dol. Percipitet æther, corruant Cæli faces,
Rumpatur ira quidquid in Cœlo tonat;
Glomerabo ſemper ſcelera; diſquiram nefas
Semper priore peius; æternum geram
Cum iure bellum; quidquid eſt ſanctl, ac pij,
Odijs, furore, rabie inexhauſta obteram.
Præibo furijs. & colubrifera manu
*V*rgebo vitia: turpia, infanda, impia
Ignota Auerno crimina docebo ſtygem. (tar
Hy. Hæc reddit aula præmia! *Do.* hæc merces da-
„ Fraudū magiſtris! *Hy.* recidit in fabros dolus.
Dol. „ In explicatis aucupes hærent plagis.

Hyl.

Hyl. Accurre *Pluto.* *Do.* pande furibundis viam.

SCENA SEPTIMA.

Dioſcorus, Adraſtus.

Di. ADraſte, mira cernimus: adhæſit ſuæ
Olethria fraudi; ſed quis inſtructæ ſibi
Cædis ſuſurrus potuit *Auguſtæ* illico
Deferri ad aures, vt ſuum blande ad torum
Olethriam pelliceret? æternæ colo
,, Mentis pronæam, quæ mouet rerum vices.
Adr. Modo ipſe cæli non ſine impulſu, necem
Dominæ inferendam detuli Phædro; hic celer
Furtim patrandam retulit *Auguſtæ* necem:
Fugæ innocentis Numen hanc pandit viam
Vnaq; vindex impium opprimit ſcelus.

SCENA OCTAVA.

Zeno, Achatius, Phædrus.

Ach. ,, IVris repertor æqua tutatur Deus,
,, Et ſæpe in ipſum regerit auctorē ſcelus
Hylli, & Dolonis arte contextos dolos
Olethria iam retexit, & ſeſe ream
*V*ltro fatetur ſceleris, & noxam dolet,
Veniamque poſcens ſpiritum tandem expuit:
*A*t quod potētem Numinis monſtrat manum,
Præciſa guttur non prius poterat mori,
Quam faſſa fraudis ordinem in lucem daret.
Ze. Opem *T*onantis veneror *Auguſtæ* & mihi
Patrocinantem; meque præcipitis nimis
Damno furoris, damno procliuem fidem,
Iam ſeſe in Hyllum rabidus inuertit furor.

*D*abis cruente carnifex pœnas, dabis.
Nunc me innocentis pedibus vxoris iuuat
Caput, manuſque ſubdere aſperſas ſua
Iam pæne cæde; me vel abſoluat pia,
Vel iuſta damnet, *A*rbitræ legem ſequar.
Ach. Sero innocentem Coniugem Cæſar petis,
Iam mentis impos illa proripuit fugam
Sago virili cincta quo traxit dolor.
Ze. Heu quo profugit? cur vel inuitam, Pater
*T*ua non retraxit dextra, non tenuit ſinus?
Ach. ,, Muliebris ardor impotens flecti ruit.
Ze. Me me ſequatur regia; Auguſtæ fugam
*V*enemur omnes; præfer ô Cœlum facem.
Ach. Reſiſte Cæſar; concito huc Phædrus gradu
Se fert, euntis fidus Auguſtæ comes.
Ze. Effare puber, quo latet coniux loco?
*V*iuit ne ſoſpes? *Pha.* vixit, & ſemper tua
Ariadna vixit, & tui ſemper memor.
(Venit Phadrus cum telo cruento.
Ze. *V*ixit? quid ergo? non adhuc viuit? refer.
Ph. Hoc ipſa telum mittit aſperſum ſuo
Cruore, nempe munus optatum tibi,
Suique amoris pignus æternum dicat.
Hic mucro cordis ſubijt ardentis ſinum,
Senſitque quanta ferueat amoris face.
(Achatius accipit cultrum.
Hic tibi Ariadnæ referat exanguis fidem.
Ze. Heu mucro vitæ penitus abſcindit fibras?
*V*iden nefande Zeno regnantum pudor,
In quos malorum vortices, in quos feri
Angoris æſtus, quas & in ſyrtes tuam
Tuus *A*riadnam rapuit enormis furor?
Ama-

Amata Coniux, potuit hoc amens caput
De te vereri nomen, aut vmbram doli?
Parum, vereri; fuerat: horrificum ſcelus
Et credidi,& damnaui, & extremis dedi
Pænis luendum;quodque in horrorem trahat
Stygiæ paludis monſtra; inauditam, inſciam,
Merſam ſopore ſuper maritalem torum
Ferro opprimendam cõiugem inſontem dedi.
Si languide in mea ſenſa propenſam ſemel
Te nouerim, ſi ſegnius amantem mei,
Non tam ſceleſtus videar: at quam feruidè
Tuus æſtuauit ad meas flammas amor?
Et potuit hos extinguere ardores furor?
Quid, Zeno; Terræ pondus, & mundi ſcelus,
Odiumque Cœli viuis? abſume hoc probrum,
Hoc perde monſtrum. Porrige hoc ferrũ Pater,
In hæc adactum viſcera furori litet
Hac execranda victima; at purus cruor
Spirans amorem coniugis, cordis feri
Horret crurorem, ſordidum attactum fugit.
Ph. Deſiſte Cæſar; forſitan non dum perit
Auguſta. Ze. miſera cæde iam telum calet.
Ph. ,, Quandoque cędis induit formas amor.
Quid Phædre, viuit vxor? Ph. enarret Pater;
Ph. Viuit. Ze. reuixi. ludis heu miſerum Pater!
Ph. Viuit. Ze. quid iſte vana mentitur cruor?
Ph. Mentitur arte; quo tui, exploret dolor
Arcana cordis; ardeat amoris rogo,
An frigus intus ſeruet, & caleat foris?
Eſt vnus animi fidus interpres, dolor.
Si viuit vxor, redde; me reddes mihi
. Auguſta prodi. Ze, remigrat in venas calor.

SCE-

SCENA NONA.

Superuenit Ariadna.

Ar. Dilecte Zeno, proditos Hylli dolo
Tuos amorespæne rediuiuos cape.
*T*ua ſum ; virile tuus amor cinxit ſagum ;
Idem fugam coëgit , inſontis cruor
Ne te impiaret coniugis ſcelere, & probro.
Ze. *V*itę redonas vxor hoc anguis caput
Laqueo inſerendum ; munus hoc vitæ tuum
*T*ibi reddo , plantis obtere , ac telis fode,
(*Procumbit in genua Zeno.*
Ar. *A*ſſurge Zeno; nulla te noxæ lues
Fædat ; tua Hylli fraudibus adhæſit fides;
Hinc ira vindex pepulit ad fædam necem
„ Si peccat error , labis eſt inſons *A*mor.
„ Erraſſe præſtat; orror hic plane innocens
„ *V*itale nectar mortis è tabo refert;
„ Et flos amarus melleos fructus tulit;
Aeſtus amoris mutua ardentes face
*V*terque noſtrum ſenſit;ad flatus tuos
Quantum meus amor arſit;& quantum meæ
*A*d ficta cædis nomina exarſit tuus ?
Ze. Bis , immerentem retrahis ad vitam pia,
Et dum nefandum mitis ad monſtrum redis,
Et dum benigna , ſupplici parcis reo .
Ar. Infauſta pelle nomina; in læ os amor
Riſus , voluptas,gaudia erumpant ſonos .
Me rapuit Orcus , me tibi reddit Polns .
„ Pæna in ſceleſtam corruit, capta eſt ſua
„ Fraus ipſa fraude , retia expandit ſibi
Acb. „ Ergo *T*onanti , noſtra qui certo mouet
„ Conſilia nutu prouidus , grates date .

Finis . A. M. D. G.

Digitized by Google

Digitized by Google